



THE OXFORDSHIRE RECORD SOCIETY



PRINTED FOR THE SOCIETY

1948.



Oxfordshire Record Society

THE
THAME CARTULARY
VOLUME II
for the year 1944

EDITED BY

THE REV. H. E. SALTER, M.A.
HON. D.LITT., F.B.A.

OXFORD :
ISSUED FOR THE SOCIETY.
1948

CARTULARY OF THAME.

[TETSWORTH.]

140.

Carte de Tetteswrd.

[Robert Chevauchesul grants a hide to the abbey.]

fol. 39v.

*c. 1170–
1180.*

Notum sit omnibus sancte matris ecclesie filiis quod ego Robertus Cheuauchesul concessi & dedi in perpetuam elemosinam Serloni abbatii de Thama & monachis ibidem deo seruientibus totam terram meam de Horsend' & in Langefurland & in Scipfurlang, sicut lapides ibidem circumpositi includunt & demonstrant. Concessi autem predictis monachis hanc totam predictam terram pro una hida tenendam de me & heredibus meis solutam & quietam & liberam ab omni seruicio & exaccione & consuetudine seculari & auxiliis & de omnibus que ad me & ad heredes meos pertinent. Et hoc feci pro salute anime mee & anime patris mei & matris mee & Rogeri fratris mei & sororum mearum omniumque heredum & amicorum meorum. Testibus Thoma de Druual, Hugone de Druual, Almarico filio Radulfi, Willelmo filio Henrici de Oxon', Waltero de Saintefai, Alano filio Amfridi de Eston, Widone Parage, Ricardo Talemasche.¹

141.

[Robert Chevauchesul gives 9 acres more.]

c. 1180.

Notum sit omnibus sancte matris ecclesie filiis quod ego Robertus Cheuauchesul assensu & concessione Matildis uxoris mee & heredum meorum & amicorum meorum dedi & concessi & hac mea carta confirmaui totum residuum terre mee quam antea ill[is] dedi in Horsend', scilicet

¹ No 142 shows that the original grant was before 1147, in the time of abbot Everard.

fol. 39v. ix acras, monachis deo seruientibus de Thama in
 (cont.) perpetuam elemosinam. Nam antea illis dederam in
 predicto Horsend' lv acras & in Langefurlang xxii & in
 Scipfurlang xxiii, sicut alia mea carta testatur. Et hoc
 feci pro anima patris mei & matris mee & pro salute mea
 & uxoris mee & omnium amicorum meorum & ante-
 cessorum. Testibus, Samsone priore de Coges, Willelmo
 presbitero de Tettleswrd', Ricardo presbitero, Gileberto
 Pipard,¹ Roberto Albo, Ricardo de Rumeili, Ricardo
 Thalemasche, Willelmo filio Osberti, Roberto Dauers &
 aliis.

142.

- c. 1146. [Bishop Alexander confirms the original grant of
 Robert Chevauchesul.]

Alexander dei gracia Lincolniensis episcopus omnibus
 hominibus suis francis & anglis tam clericis quam laicis
 salutem. Officii nostri debito exigimur quecunque recte
 offeruntur ad usus seruorum dei in monasteriis in diocesi
 nostra degentium auctoritate episcopali confirmare.
 Auctoritate igitur episcopali & potestate domini concedimus &
 confirmamus dilecto filio nostro Euerardo abbatii
 de Parco Thame & monachis ibidem deo seruientibus & in
 posterum seruituris imperpetuum, illam hydam terre
 quam Robertus Chevauchesul dedit eis de terra sua de
 Tetteswrd', uidelicet illam partem Horsend', que est ab
 orientali parte uiridis uie & culturam que uocatur Lange-
 furlang & que adiecit ad perficiendam hydam illam ex
 circaadiacentibus & propinquioribus culturis in utriusque
fol. 40r. temporis seisoniis. Testibus, David archidiacono de
 Bukinham, Roger Dameri,² magistro Haimon [sic],
 Roberto Foliot, Galfrido de Irebi & aliis multis.

143.

- 1151- [Bishop Robert confirms the grant of Robert Chevauchesul
 1166. about which there had been a dispute.]

Robertus dei gracia Lincolniensis episcopus, omnibus
 sancte matris ecclesie filiis salutem. Ex iniuncta nobis

¹ His date is 1168 to 1194 [*Boarstall Cartul.*, p. 308].

² Roger Dameri was appointed precentor of Lincoln Cathedral in 1147, probably early in the year. Bishop Alexander died in Feb. 1148. Abbot Everard died in the same year.

diuinitus sollicitudine obstricti tenemur deuotas fidelium *fol. 40r.*
 liberalitates domibus presertim relligionis collatas ad *(cont.)*
 perpetuam in posterum memoriam corroborare. Inde est
 quod uestre uniuersitati harum inspeccione innotescimus
 nos ratam habere donationem Roberti Cheuauchesul quam
 fecit assensu matris sue Mabilie & Rogeri fratris sui &
 omnium sororum suarum deo & Euerardo abbati monas-
 terii sancte Marie de Thama & successoribus eius,
 monachisque ibidem in perpetuum deo famulantibus,
 prout eam in liberam elemosinam & quietam in manu
 nostra posuit & iuramento confirmauit post denuo litem
 suscitatam & sub nostra presentia & multorum honestorum
 uirorum amicabili compositione nostra interueniente
 auctoritate sopitam: scilicet hidam unam de Tetteswrd'
 continentem centum aeras, in Horsend' lv, in Lange-
 furlang xxii, in Scipfurlang xxiii. Et hec quoque con-
 continua & coniuncta in termino terre sue orientali, eo quod
 ill[is] uicinior est apposita. Hoc eius pietatis donum
 nos amplectentes, ipsum corroboramus & attestatione
 sigilli nostri imperpetuum communimus. Testibus,
 A. abbatte de Dorcestria, Roberto archidiacono Oxon',
 Baldewino Cada, Roberto de Burneham, Rogero de
 Kerent', Umfrido clericu, Willelmo de Chesnei, Willelmo
 Basset, Ernaldo de Cardunvilla, Umfrido pincerna & aliis.¹

144.

[Robert Cheuauchesul sells half a hide to Alan.] *c. 1190.*

Sciant presentes & futuri quod ego Robertus
 Cheuauchesul assensu heredum uidelicet Ricardi Tale-
 masche nepotis mei & M. sororis mee dedi & concessi
 Alano clericu & Claricie nepti mee pro seruicio illorum &
 propter v marcas argenti quas michi dederunt i dimidiā
 hydam terre in uilla mea de Tetteswrd', illam uidelicet
 que uocatur terra del hospital & illud toftum quod fuit
 a la Papelafe cum omnibus bonis & pert. suis, scilicet in
 terra arabili, in pratis & in pascuis tam in dominicis meis
 quam in communis uille & cum omnibus aliis libertatibus

¹ Robert became archdeacon of Oxford about May 1151; the
 bishop died in Dec. 1166. No. 172 suggests that the date is not later
 than 1155.

- fol. 40r.* scilicet in uiis in semitis & in aquis, tenendum de me &
 (cont.) heredibus meis illi & heredes sui solam & quietam ab
 omnibus placitis & querelis & liberam ab omnibus seruiciis
 & consuetudinibus faciendo michi & heredibus meis
 regalia seruicia tantum. Deinde si forte euenerit quod
fol. 40v. aliqua pars istius dimidie hyde | cadat ad dotem M. sponse
 mee, heredes mei dent ipsi M. uel predictis Alano &
 Claricie escambium in eadem uilla in omnibus ad equiuale
 ntiam. Ceterum si ego R. Cheuauchesul uel heredes
 mei illam dimidiā hydam propter Reginaldum de
 Bereford, quod absit, warantizare non possumus predictis
 A. et C., ego uel heredes mei dabimus eis in eadem uilla
 unam aliam dimidiā hydam in omnibus ad equiuale
 ntiam. Ut autem hec rata sint & firma fidei religione
 confirmaui & sigilli mei attestacione roboraui, multis
 testibus.

145.

1199.

[Alan grants his land to the abbey.]

Notum sit omnibus Cristi fidelibus quod ego Alanus
 clericus de Tetteswrde & Claricia uxor mea neptis Roberti
 Cheuauchesul assensu domini fundi uidelicet Ricardi
 Talemache anno quo rex Ricardus mortuus est dedimus
 & concessimus & presenti carta nostra confirmauimus cum
 corporibus nostris deo & abbatie de Thama in puram &
 perpetuam elemosinam totum questum nostrum scilicet
 unam dimidiā hydam terre in Tetteswrde quam
 tenuimus ex dono Roberti Cheuauchesul illam uidelicet
 que uocatur terra del hospital & illud toftum quod fuit
 a la Papelafe cum omnibus pert. suis in terra arabili &
 pratis & pascuis, in uiis & semitis & aquis & in omnibus
 aliis aisiamentis & libertatibus suis sine aliquo retine
 mento, tenenda in perpetuum plene & integre bene & in
 pace, libere & quiete ab omni seruicio & exaccione
 seculari, saluo seruicio domini regis sicut testatur carta
 Roberti Cheuauchesul quam monachis de Thama cum
 ipsa terra reddidimus. Hanc autem donationem nos &
 heredes nostri dictis monachis warantizabimus. Testibus,
 Ricardo Talamashce, Willelmo de Bruges, Ricardo le
 Thus, Adam de Cennor, Gileberto le Thus, Willelmo
 Dauuers & Radulfo fratre eius & aliis.

146.

[Richard Talmache confirms the gift of Alan.]

c. 1199.

fol. 40v.

(cont.)

Notum sit omnibus Cristi fidelibus quod ego Ricardus Talemasche concessi [&c.] deo & abbaticie de Thama totam terram quam Alanus clericus & Claricia uxor eius tenuerunt in Tetteswrde ex dono Roberti Cheuauchesul scilicet unam dimidiam hydam terre que uocatur terra del hospital & illud toftum quod fuit a la Papelafe cum omnibus pert. suis in terra arabili & pratis & pasturis in uiis & semitis & aquis & omnibus aliis libertatibus suis plene & integre, libere & quiete ab omni seruicio & exaccione seculari, saluo seruicio domini regis cum omnibus aliis aisiamentis quantum ad unam dimidiam hydam eiusdem ville pertinet, sicut carta Roberti Cheuauchesul auunculi mei testatur. | Pro hac autem fol. 41r. concessione & confirmatione dedit michi abbas de Thama palefridum suum & unam marcam argenti. Testibus, Willelmo presbitero de Tetteswrde, Adam de Cennore, Ricardo le Thus & Gileberto fratre eius & aliis.

147.

[Robert Dauuers grants a virgate.]

c. 1197.

Notum sit omnibus sancte matris ecclesie filii quod ego Robertus Dauuers dedi [&c.] deo & monachis sancte Marie de Thama unam uirgatam terre in Tettleswrde pro salute anime mee & patris & matris mee & heredum meorum in perpetuam elemosinam, scilicet dimidiam uirgatam quam Iohannes le Mai tenuit cum pert. suis cum pratis & pascuis & pasturis suis, & aliam dimidiam uirgatam terre factam de dominico meo cum pert. suis, cum pratis & pascuis & pasturis suis, scilicet en la Nitterblachelande dimidiam acram, en Luuerblakaland dimidiam acram, en Luuermersche dimidiam acram, en Siepfurlong dimidiam acram, a la Wudeweie dimidiam acram, in Stanfurlong dimidiam acram, en Estwellefurlong dimidiam acram, super Ettenhillie unam acram pro crofta, en Lachegore unam acram, en Haldingfurlong dimidiam acram, en Brocfurlong dimidiam acram, en la Meswendelonde unam acram, super Benehulle dimidiam acram, subtus Benehulle dimidiam acram, super Cotstowe

fol. 41v. dimidiam acram, in Cotstowehelde dimidiam acram,
 (cont.) subtus Cotstoweheld dim. acram, en la Cumba dim.
 acram, in Berefurlong dim. acram, ad caput Cumbe dim.
 acram, in Sinedefurlong dim. acram, super Stapelhulle
 dim. acram, super Trindhulle dim. acram, in Smalemede-
 furlong dim. acram, in Mersfurlong dim. acram.¹ Et ad
 istam dimidiam virgatam terre habebunt totam meam
 partem prati sub gardino quod iacet iuxta pratum quod
 Adam tenuit, quam scilicet predictam dimidiam uirgatam
 Emma mater mea dederat fratri meo Willelmo Dauuers
 & ipse michi in hanc elemosinam faciendam reddidit,
 videlicet solutam & quietam ab omni seruicio & exaccione
 seculari, ita tamen quod monachi dabunt michi & heredi-
 bus meis unam libram cimini annuatim ad festum sancti
 Michaelis. Et ego [&c. warranty], saluo tamen seruicio
 domini regis, testibus Ricardo Talemasche, Willelmo de
 Bruges, Radulfo Foliot, Ricardo filio eius, Ricardo Pirun,
 Radulfo de Colebi, Nicholao de Oilli, Herberto Quatre-
 mains, Willelmo Dauuers, Radulfo Dauuers, Alan clerico,
 Gileberto Magno, Laurentio de Stoke, Michaele Grimbald,
 Waltero de Culewrd', Roberto Galance & aliis.

148.

fol. 41v.

1197.

[Ralf Dauuers grants two virgates.]

Notum sit omnibus Cristi fidelibus quod ego Radulfus
 Dauuers assensu domini mei Roberti Dauuers anno nono
 regis Ricardi dedi [&c.] deo & abbatis de Thama in puram
 & perpetuam elemosinam totam terram meam in villa de
 Testeswrde, scilicet duas uirgatas terre cum masagiis &
 croftis quas Robertus Cheuauchesul michi dedit pro
 homagio & seruicio meo & illam quartam partem uirgate
 cum masagio quam Gilebertus Chena tenuit & duo alia
 masagia que Willelmus presbiter & Willelmus Faber
 tenuerunt cum omnibus pert. suis in masagiis in croftis in
 terra arabili & pratis & pasturis plene & integre, libere &
 quiete ab omni seruitio & exaccione seculari, saluo seruitio
 domini regis & una libra piperis que de eodem tenemento
 debetur Roberto Dauuers & heredibus suis annuatim ad
 Pascha. Hanc autem [&c. warranty]. Testibus, Ricardo

¹ This, i.e. 14 acres, is only the half virgate which was made from
 the demesne.

Talemasche, Petro filio eius, Willelmo & Waltero Dauuers, *fol. 41v.*
 Waltero de Bikestrop, Iohanne filio eius, Adam clerico de (cont.)
 Cennor, Ricardo clericu de Burtona.

149.

[Ralf Dauuers grants a rent of two shillings.]

c. 1197.

Sciant¹ presentes & futuri quod ego Radulfus Dauuers dedi monachis de Tama pro salute anime mee & antecessorum meorum redditum duorum solidorum de terra quam Gilebertus le Kene tenet de me in Tetteswrde in puram & perpetuam elemosinam & quietum ab omni seculari seruitio & exactione. Testibus, Ricardo Talesmasche, Waltero de Bikestrop, Ricardo Pirun, Ricardo Gernun & aliis.

150.

[Robert Dauuers confirms the gift of Ralf.]

Notum sit omnibus Cristi fidelibus quod ego Robertus Dauuers concessi [&c.] deo & abbatie de Thama totam donationem quam Radulfus Dauuers frater meus dedit abbatie de Thama scilicet duas uirgatas terre cum masagiis & croftis de feudo meo in Tetteswrde & duo alia masagia scilicet Willelmi presbiteri & Willelmi Fabri & quartam partem virgate quam G. Cheua tenuit de eodem Radulfo cum omnibus pert. suis in terra arabili & pratis & pasturis plene & integre, libere & quiete ab omni seruicio & exaccione seculari, saluo seruitio domini regis & una libra piperis que michi & heredibus meis debetur annuatim de eodem tenemento ad Pascha. Pro hac autem concessione & confirmatione dedit michi abbas i marcam argenti. Testibus qui prius.

151.

[William Dauuers, the heir of Ralf, confirms his brother's gift.]

Notum sit omnibus Cristi fidelibus quod ego Willelmus Dauuers concessi [&c.] donationem quam frater meus Radulfus Dauuers fecit abbatie de Thama scilicet duas

¹ This is written in the margin, but it is in the first hand.

- fol. 41v.* uirgatas terre cum masagiis & croftis quas Robertus
 (cont.) Cheuauchesul auunculus suus & meus illi dedit pro
 homagio & seruicio suo & illam quartam partem uirgate
 terre cum masagio quam Gilebertus Cheua tenuit & duo
 alia mesagia que Willelmus presbiter & Willelmus Faber
 tenuerunt cum omnibus pert. suis, sicut carta eiusdem
 Radulfi testatur. Hanc autem donationem totam cum ei
 sicut heres de iure succedere debuisse, confirmare
fol. 42r. curauit pro salute anime mee & dilecte genitricis mee &
 auunculi mei Roberti Cheuauchesul & aliorum ante-
 cessorum meorum. Testibus qui prius & aliis.

152.

c. 1200.

[William Dauuers grants a virgate.]

Sciant tam presentes quam futuri quod ego Willelmus
 Dauuers dedi [&c.] deo & beate Marie & monachis apud
 Thamam deo seruientibus unam uirgatam terre in villa
 de Tettleswrde cum omnibus pert. suis illam scilicet quam
 Mattildis tenuit in puram & perpetuam elemosinam,
 habendam & tenendam de me & heredibus meis bene &
 in pace libere & quiete integre & honorifice in planis &
 pascuis, in uiis & semitis, in pratis & pasturis & omnibus
 aliis libertatibus & aisiamentis, reddendo singulis annis
 ad Natale domini unam dimidiad libram piperis michi
 & heredibus meis pro omni seruicio & exactione quantum
 ad nos pertinet, saluo regali seruicio. Et hanc terram ego
 [&c. warranty]. Testibus qui prius & aliis.

153.

c. 1200.

[Roger Dauuers gives a virgate.]

Notum sit omnibus Cristi fidelibus quod ego Rogerus
 Dauuers clericus dedi [&c.] deo & ecclesie sancte Marie de
 Thama & monachis ibidem deo seruientibus unam
 uirgatam terre in Tetteswrde cum omnibus pert. suis
 illam scilicet quam Willelmus Buuetun tenuit quam
 michi mater mea Emma Cheuauchesul & frater meus
 Robertus Dauuers pro seruicio meo dederunt. Hanc
 uirgatam terre eis cum corpore meo pro salute anime
 mee dedi & pro salute matris mee & fratrum ante-
 cessorumque meorum liberam & quietam ab omni seruicio
 & exaccione seculari preter regalia & unam libram cimini.

Testibus, Ricardo Talemasche, Osmundo sacerdote, Alano *fol. 42r.*
clericu, Radulfo Dauuers, Gaufrido filio Gunne, Ricardo (*cont.*)
filio Umfridi & aliis.

154.

[Emma Dauuers, daughter of Aucher Chevauchesul, *c. 1200.*
gives two acres.]

Notum sit omnibus Cristi fidelibus quod ego Emma
filia Aucheri Cheuauchesul dedi [&c.] deo & ecclesie
sanete Marie de Thama & monachis ibidem deo seruienti-
bus in puram & perpetuam elemosinam duas acras terre
in Tetteswrde de hereditagio meo unam uidelicet in
Scipfurlong & alteram in Blakelonde pro anima patris &
matris mee & fratriss mei Roberti Cheuauchesul & pro
anima mea & salute heredum & antecessorum meorum
solutam & quietam ab omni seruitio & exaccione seculari.
Et sciendum quod predictas acras monachis prefatis cum
corpore meo dedi. Testibus, Ricardo Talemasche,
Rogero persona de Tetteswrde, Willelmo, Radulfo &
Waltero Dauuers, Helia Daure, Alano clericu & Roberto
herede meo qui huic donationi assensum prebuit.

155.

[Richard Talmache gives a virgate.]

fol. 42v.
c. 1200.

Sciunt omnes tam presentes quam futuri quod ego
Ricardus Talemasche assensu & uoluntate Petri filii &
heredis mei & Auicie uxoris mee dedi [&c.] deo & beate
Marie & monachis de Thama unam uirgatam terre in uilla
de Tetteswrda cum mesagio & omnibus ad eandem
uirgatam terre pertinentibus, illam uidelicet quam Helias
Daure tenuit, liberam & quietam ab omnibus seruiciis
& exaccionibus preter forinsecum seruicium. Predicti
uero monachi pro amore dei & caritatis intuitu Radulfum
filium meum in monachum promouebunt & Willelmum
fratrem meum in conuersum. Hanc terram dedi eis cum
corpore meo in puram & perpetuam elemosinam pro
salute anime mee & antecessorum & successorum meorum.
Ego uero [&c. warranty]. Testibus magistro Adam de
Cennore, Simone de Witefeld, Ricardo le Thus, Alano de
Tetteswrde, Ricardo Pirun, Henrico de Witefeld, Willelmo
de Bruges, Oliuero de Hesele & aliis.

156.

- c. 1200. [Richard Talemache grants a virgate to Helias
fol. 42v. Daure.]
 (cont.)

Sciант omnes tam presentes quam futuri quod hec est conuentio facta inter me Ricardum Talemasche & Heliam Daure, quod ego R. Talemasche trado predicto H. unam uirgatam terre in uilla de Tetteswrde illam scilicet uirgatam quam Eruetus le Bonde tenuit, tenendam de me & heredibus meis reddendo annuatim ii solidos & vid. pro omni seruicio preter regalia scilicet ad Natale domini xvd. & ad Pasca xvd. Hanc uero uirgatam tenebit predictus H. de me & de heredibus meis dum uixerit & demum¹ uenient sola & quieta michi uel heredibus meis tenenda in dominio nostro. Hoc pactum mediante fide confirmauimus ex utraque parte & sigillis nostris roborauimus.

157.

- c. 1210. [Helias son of Helias grants it to the abbey.]

Sciант² omnes tam presentes quam futuri quod ego Helias filius Helie de Aure relaxaui & quietum clamaui deo & beate Marie & monachis de Tama totum ius & clamium quod ego & heredes mei habuimus uel habere potuimus in illa uirgata terre in Tetteswrde cum omnibus pert. suis infra uillam & extra uillam quam Helias pater meus aliquando tenuit de Ricardo Talemasche & quam idem Ricardus post mortem patris mei tenuit in dominico & dedit eam predictis monachis in elemosinam cum corpore suo ad obitum suum, tenendam in perpetuum predictis monachis liberam & quietam ab omnibus rebus que a me uel ab heredibus meis inde exigi poterunt. Pro hac autem relaxatione & quieta clamatione dederunt michi prefati monachi dimidiام marcam argenti. Et ego iuraui & manu mea affidaui quod nunquam predictos monachos de predicta terra aliquo modo uexabo nec aliis homo uel femina per me. Testibus multis.

¹ or deinde.

² This and the next four charters are in the second hand.

158.

[Alan grants half a hide to the abbey.]

fol. 43r.

c. 1210.

Sciant omnes tam presentes quam futuri quod ego Alanus clericus de Tetteswrde assensu & uoluntate Claricie uxoris mee dedi [&c.] deo & beate Marie & monachis de Tama in puram & perpetuam elemosinam cum corpore meo & corpore Claricie uxoris mee totam illam dimidiad hidam terre quam tenuimus in Tetteswrde que uocatur terra del hospital cum illo tofto quod fuit a la Papelaue & cum omnibus aliis pert. suis in omnibus rebus & in omnibus locis, tenendam in perpetuum liberam & quietam ab omni genere seruicii saluo seruicio domini regis. Et ego & predicta Claricia uxor mea & heredes pro salute animarum nostrarum [&c. warranty]. His testibus, Ricardo Talemasche, Willelmo de Bruges, Ricardo le Tus & aliis.¹

159.

[Roger son of Alan confirms.]

c. 1210.

Sciant omnes tam presentes quam futuri quod ego Rogerus filius Alani clerici de Tetteswrde & Claricie uxoris eius pro salute illorum & mea concessi [&c.] deo & beate Marie & monachis de Tama in puram & perpetuam elemosinam totam illam dimidiad hidam terre in Tetteswrde quam pater meus assensu & uoluntate matris mee eis dedit, scilicet illam dimidiad que uocatur terra del hospital cum illo tofto quod fuit a la Papelaue & cum omnibus aliis pert. sui in omnibus rebus & in omnibus locis, tenendam in perpetuum liberam ab omni genere seruicii, saluo seruicio domini regis. Et ego [&c. warranty]. Testibus multis.

160.

[Peter Talemache grants rights of pasturage in
Tetsworth.]Mar. 7,
1207-8.

Notum sit omnibus Cristi fidelibus quod ego Petrus Talemasche pro anima patris mei & pro salute mea &

¹ This is practically a repetition of No. 145.

fol. 43r. matris mee & fratrum meorum & omnium antecessorum & successorum meorum dedi [&c.] monachis de Tama in puram & perpetuam elemosinam pasturam ad octo boues & duos equos in dominico de Tetteswrde, scilicet in Lobbe & in Hegge & in omnibus aliis locis ubi pasture mee sunt vel esse poterunt intra campos prediche uille ut eant per omnia cum bobus meis & ubi boues mei ire debent. Hanc autem pasturam dedi eis anno incarnationis dominice MCCVII, Nonas Marcii, solutam & quietam ab omni seruicio & exaccione seculari, saluis omnibus terris quas habent uel habebunt in eadem uilla cum pasturis & omnibus aliis pert. suis. Et hanc predictam pasturam [&c. warranty], siue predictum dominicum meum in manu mea tenuero siue inuadäuero uel uendidero seu quocumque alio modo alias dimisero. Testibus multis.

161.

c. 1210. [Peter Talemache confirms his father's gift.]

Uniuersis sancte matris ecclesie filiis ad quos presens scriptum peruenerit Petrus Talemasche salutem. Nouerit uniuersitas uestra quod ego pro salute anime mee & anime patris mei & antecessorum meorum concessi [&c.] monachis de Tama totam illam uirgatam terre in uilla de Tetteswrde cum omnibus pert. suis quas pater meus eisdem cum corpore suo dedit, me presente & donationem patris mei benigne concedente, illam uidelicet uirgatam quam Helias Daure aliquando tenuit liberam & quietam ab omnibus seruiciis saluo forinseco seruicio. Ego uero [&c. warranty], testibus.

[WYFOLD &c.]

162.

Carte de Wifalda.
[Geoffrey de Iveto grants Wifald to Thame.]

fol. 43v.
Probably
1153.

Omnibus¹ sancte matris ecclesie filiis Gaufridus de Iueto salutem. Notum sit uobis me dedisse & concessisse in elemosinam ecclesie sancte Marie de Thama monachisque ibidem deo seruientibus totam terram quam Nigellus Chyre tenuit & Wifaldam & Ruchmareshegge que erant membra de Bensington & solebant reddere in firma eiusdem manerii xxiii sol. & iii den., id ipsum uolentibus & concedentibus omnibus heredibus meis. Quare uolo quod prefati monasterii monachi terras illas bene & in pace libere & quiete teneant in bosco & plano, pratis & pascuis & aliis pertinentiis solutas & quietas ab omni seculari exaccione & seruicio cum omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus eidem terre pertinentibus. Testibus Ricardo capellano sancti Petri, Henrico Filomele, Roberto Patin clericis sancti Pauli, Hugone de la Mare, Waltero filio Bernardi pincerne, Iohanne filio Henrici de Oxon', Gaufrido ianitore & aliis.²

163.

[King Richard remits a rent of 60*s.* 4*d.* which his father had exacted from the monks.]

Dec. 2,
1189.

Ricardus dei gracia rex Anglie, dux Normannie, Aquitannie, comes Andegauiie archiepiscopis, episcopis, abbatis, comitibus, baronibus, iusticiis, uicecomitibus, ministris & omnibus fidelibus suis salutem. Sciatis nos donasse & concessisse & hac presenti carta mea confirmasse deo & ecclesie beate Marie de Thama & monachis

¹ Charters 162–180 are about Wifold and small rents which could be collected from Wifold.

² In No. 171 Duke Henry says that before Dec. 1153 he had granted this land to Geoffrey de Iveto. It had already been granted to the abbey by King Stephen, but Henry always refused to recognise grants of Crown land made by Stephen. In the *Valor* of 1535 the abbey had land at Wifold which was let for £8 a year. There is no mention of Purley, Henley, Crowmarsh or Burghfield. In the *Taxatio* of 1291 [p. 45] it seems to be entered under Checkenden.

fol. 43v. ibidem deo seruientibus in puram & perpetuam elemosinam totam terram de la Wifalda & Ruchmareshegge per suas plenarias divisas, scilicet a Putslade usque ad Pultesweie & de bosco de Caueresham usque ad boscum de Chakendene, cum omnibus pert. suis & hominibus habitantibus in ipsis cum terris & catallis & seruiciis illorum pro saluatione domini H. regis patris nostri & A. regine matris nostre & I. fratris nostri & omnium antecessorum nostrorum ; de quibus terris reddebant predicti monachi ad firmam manerii nostri de Bensintone sexaginta solidos & quatuor denarios. Et quia uolumus quod prefati monachi de Tama habeant & teneant in perpetuum predicta tenementa libera & quieta ab omni seculari seruicio & exaccione, ideo sciatis nos perdonasse & quietos clamasse illis prescriptos lx sol. et iiiii den. quos dominus H. rex pater noster fecit eos reddere de predictis terris ad prenominatam firmam de Bensinton. Quare uolumus & fol. 44r. firmiter precipimus ut predicti lx solidi | & iiiii denarii computentur in perpetuum balliuis nostris de Bensintone ad Scaccarium. Precipimus eciam quod prescripti monachi de Tama predicta tenementa quiete teneant in perpetuum bene & in pace, plenarie & integre, libere & honorifice, in bosco & plano, in terra arabili & pasturis, in uisis & semitis, in grangiis & virgultis & omnibus aliis rebus & locis soluta & quieta ab omni seruicio & exaccione seculari cum omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus suis. Et prohibemus ne quis predictos monachos inde grauet vel inquietet, neque molestiam faciat, neque in placitum ponat nisi coram nobis ipsis vel capitali iusticia nostra. Testibus, Hugone Dunelmensi, G. Wintoniensi, H. Saresbiriensi, H. Couentreensi, & G. Rofensi episcopis, Roberto de Witefeld, Willelmo filio Adel', Gaufrido filio Petri, Hugone Bardulf, Michael Beleth, Willelmo de Bendeng', Roberto le Poer, Dat' apud Cantuariam secundo die Decembbris per manum Willelmi Eliensis electi Cancellarii nostri, regni nostri anno primo.

164.

c. 1180. [Rueland Huscarl gives land and rent in Purley.]

Sciant tam presentes quam futuri quod ego Ruelandus Huscarl dedi [&c.] concessu heredum meorum pro salute

anime mee & antecessorum meorum & parentum meorum *fol. 44r.*
 unam virgatam terre in Purleia cum suis pert. quam Nicholaus Esperner tenuit reddendo quinque solidos per annum cum aliis seruiciis que ad illam terram pertinent & dimidiam virgatam terre cum suis pert. in predicta uilla & cum sex acris quas ego acreui Thome de Stone ad reddendum iiii solidos per annum cum aliis seruiciis que ad illam terram pertinent & unam acram terre quam Gaufridus Hosarius tenuit in predicta uilla reddendo xii den. per annum cum aliis seruiciis que ad terram illam pertinent, deo & ecclesie beate Marie de Thama & monachis ibidem deo seruientibus in perpetuam elemcsinam liberam & quietam ab omni seruicio & exaccione & consuetudine seculari quantum ad me & ad heredes meos pertinet. Et monachi & predicti homines tenentes illorum habeant libertatem in pratis & pasturis in croftis & curtilagiis & mesagiis & in aliis sicut ad predictam terram pertinere solet, saluo seruitio domini regis. Testibus, Roberto filio Pagani, Bartholomeo capellano, Alano filio Amfridi, Galfrido de la Mare. Willelmo filio Henrici, Ricardo Morin, Roberto Pecche, Iohanne de la Hyda, Ricardo de Horsend', Steffano filio Riulfi, Iohanne de la Tur, Adam de Cennore. Hec carta liberata fuit predictis monachis per manum Rue-landi Huscarl in curia de Walinford coram baronibus.

165.

[The abbey acquires half the land of William son of Geoffrey.]

fol. 44v.
 April 28,
 1181.

Hec est finalis concordia facta die Martis proxima ante festum Philippi & Iacobi apud Westmonasterium anno regis Henrici secundi xxvii coram R. Wintoniensi & G. Eliensi & I. Norwicensi episcopis & Ranulfo de Glanuille iusticia domini regis & aliis baronibus qui tunc aderant inter Willelmum filium Gaufridi & monachos de Tama de tota terra quam idem Willelmus tenet de feudo de Bensington & de omnibus ad eam pertinentibus, scilicet quod ipse Willelmus quietam clamauit predictis monachis in perpetuum medietatem tocius predice terre cum omnibus ad eandem medietatem in pastura & bosco pertinentibus. Et predicto Willelmo remanebit alia medietas cum omnibus ad eam in pastura & bosco pertinentibus cum

fol. 44v. capitali masagio, quod totum & integre ei remanet. Et
 (cont.) predictus W. hanc concessionem & hanc quietanciam
 medietatis predice terre cum pert. fecit monachis pro
 dimidia marca argenti de seruicio annuo quam idem
 monachi debent reddere ei annuatim & heredibus suis
 ad duos terminos anni ad festum sancti Michaelis iii sol.
 et iiii den. & ad Pasca iii sol. et iiii den. pro omnibus
 seruiciis & consuetudinibus ad terram predictam pertinenti-
 bus. Et preterea predicti monachi adquietauerunt
 predictum Willelmum de x marcis argenti erga dominum
 regem quas predictus W. ei debebat & reddendo annuatim
 pro concessione & granto predictis¹ dimidiā marcam
 argenti predicto Willelmo ut supradictum est.

166.

May 1, [William Marmion, of Checkenden, grants half his wood
 1200. to the abbey.]

Hec est finalis concordia facta in curia domini regis
 apud Westmonasterium in die apostolorum Philippi &
 Iacobi anno regni regis Iohannis primo coram G. filio
 Petri, Ricardo de Her', Simone de Pateshill, Osberto
 filio Heruei, Iohanne de Gestlinge, Hugone de Bobi
 iusticiis & aliis fidelibus domini regis ibidem tunc presenti-
 bus inter Willelmum abbatem de Thama petentem per
 fratrem Iohannem positum loco suo ad lucrandum uel
 perdendum & Willelmum Marmiun tenentem de xl acriis
 bosci cum pert. in Bensintone que uocantur Hainge, unde
 placitum fuit inter eos in prefata curia domini regis
 scilicet quod predictus W. Marmiun recognouit totum
 predictum boscum cum pert. esse ius predicti abbatis.
 Et pro hac recognitione & fine & concordia predictus
 abbas concessit predicto Willelmo medietatem predicti
 bosci cum pert. scilicet illam medietatem illam [sic] que
 affinior est terre ipsius Willelmi uersus occidentem, tenen-
 dam sibi & heredibus suis de eo & successoribus suis
 imperpetuum per liberum seruicium duarum librarum cere
 per annum pro omni seruicio reddendum ad Natiuitatem
 sancte Marie.

¹ *predicte, MS.*

167.

[Robert Marmion grants 10 acres in Bensington.] fol. 45r.
 Oct. 1200.

Hec est finalis concordia facta in curia domini regis apud Westmonasterium a die sancti Michaelis in tres septimanas anno regni regis Iohannis secundo coram G. filio Petri, Ricardo de Her', Simone de Pateshill, Iohanne de Gestlinge, Eustacio de Faucenberge, Henrico de Wikentone, Godefrido de Insula, Waltero de Crepinge iusticiis & aliis baronibus domini regis tunc ibi presentibus inter Willelmum abbatem de Thama petentem per Iohannem priorem positum loco predicti abbatis ad lucrandum vel perdendum & Robertum Marmiun tenentem per Robertum de Langetone positum loco suo ad lucrandum vel perdendum de xx acris terre cum pert. in Bensintone, unde placitum fuit inter eos in prefata curia scilicet quod predictus R. Marmiun recognouit totam predictam terram cum pert. esse ius predicti abbatis. Et pro hac recognitione & fine & concordia predictus abbas concessit predicto Roberto Marmiun x acras terre de predictis xx acris uersus aquilonem, tenendas de se & successoribus suis sibi & heredibus suis in perpetuum per liberum seruitium ii librarum cere per annum pro omni seruicio reddendarum ad Natiuitatem beate Marie.

168.

[James de Bergefled grants to the abbey a meadow in Burghfield at a rent of six shillings.] 1180–
 1200.

Notum sit omnibus Cristi fidelibus quod ego Iacobus de Bergefled assensu Rainilde uxoris mee heredumque meorum dedi [&c.] monachis de Thama totum pratum meum integre quod vocatur la More iacens iuxta aquam Kenete ad occidentalem plagam molendini de Bergefled, tenendum de me & heredibus meis in perpetuum libere & quiete ab omni seruicio & exaccione seculari pro sex solidis sterlingorum michi & heredibus meis annuatim soluendis ad duos terminos, scilicet tribus solidis ad festum sancti Michaelis & tribus solidis ad Annuntiationem beate Marie. Hoe etiam pratum ego & Rainild' uxor mea heredesque mei affidauimus imperpetuum warantizandum. Pro hac autem donatione & confirmatione dederunt michi

fol. 45r. prenominati monachi tres marcas argenti & prefate R.
(cont.) uxori unum par sotularium de cordewan. Et preterea
concesserunt michi uxori que mee & liberis meis fraternita-
tem & communionem beneficiorum domus sue. Testibus,
Steffano presbitero de Tocfeld, Willelmo filio Gaufridi,
Ricardo filio Adam de Wodecote, Petro Coc, Ricardo
Venatore, Matheo filio Odonis, Iacob Waldri & aliis.

169.

[Vincent of Nuffield grants three houses in Crowmarsh.]

fol. 45v. Notum sit omnibus Cristi fidelibus quod ego Vincentius
de Tohfeld pro salute anime mee assensu Basilie uxoris
mee dedi [&c.] deo & monachis de Thama in puram &
perpetuam elemosinam cum corpore | meo tria masagia
in Craumers que emeram a Sewalo filio Wdeman proxima
terre Ricardi Scotti ad austrum cum omnibus pert. suis,
tenenda in perpetuum sicut liberum burgagium libere &
quiete, bene & honorifice, reddendo inde annuatim ubi
ego assignauero ad festum sancti Michaelis ii denarios pro
omni servicio. Hoc autem tenementum eis warantizare
debebit pro supradicto reditu ii denariorum is qui princi-
pale mesagium habuerit, quod scilicet Reinild pro iiiii
solidis de me tenuit. Testibus, Roberto filio Gerardii,
Hugone de Craumers, & Luca de Tohfeld capellanus,
Iohanne Gotluue, Radulfo filio Turst', Radulfo Fabro,
Godefrido de Suit', Ricardo, Iohanne, Radulfo & Benedicto
filiis Guardi & toto halimot de Craumers.

170.

1152-3. [King Stephen grants Wifold to the monks.]

Steffanus rex Anglie episcopo Lincolniensi & iustic' &
uicecomitibus & baronibus & ministris & omnibus fidelibus
suis totius Anglie solutem. Sciatis me dedisse &
concessisse ecclesie sancte Marie de Tama & monachis ibidem
deo seruientibus in elemosina terram quam Nigellus
Chure tenuit & Wifaldam & Ruchmareshegge que erant
membra de Bensintone & solebant reddere in firma manerii
eiusdem xxiii sol. & iid. Quare uolo & precipio quod
eadem ecclesia & monachi terram illam bene & in pace

libere & quiete teneant in bosco & plano & pratis & fol. 45v.
 pascuis & aliis pertinentiis solutam & quietam ab omni (cont.)
 seculari seruicio & exaccionem cum omnibus libertatibus &
 liberis consuetudinibus eidem terre pertinentibus. Testi-
 bus [] Martel, Hugone de Bolebec, Guidone filio
 Tesc', apud Bensintone in exercitu.

171.

[Duke Henry confirms to Thame the gift of Geoffrey c. Dec.
 de Iveto.] 1153.

Henricus dux Normannie & Aquitanie, comes Andegauie omnibus archiepiscopis, episcopis, comitibus, baronibus, iustic', uicecomitibus, & omnibus fidelibus & amicis suis francis & anglis salutem. Sciatis me concessisse & confirmasse ecclesie sancte Marie de Tama & monachis ibidem deo seruientibus donationem quam Gaufridus de Iueto illis fecit de terra quam Nigellus Chire tenuit & de Wifalda & de Ruchmareshegg', que erant membra de Bensintone & solebant reddere in firma eiusdem manerii xxiii sol. & iiiii den. quas terras dederam Gaufrido predicto pro seruicio suo & ipse eis in elemosinam | dedit. Quare fol. 46r.
 uolo & firmiter precipio quod eadem ecclesia & monachi predictas terras bene & in pace, libere & quiete & honori-
 fice teneant cum omnibus pertinentiis suis in bosco &
 plano, in pratis & pascuis solutas & quietas ab omni
 seculari exaccionem & seruicio cum omnibus libertatibus &
 liberis consuetudinibus ad easdem terras pertinentibus.
 Testibus, P. abbate Malmeb', Reginaldo comite Cornubie,
 Ricardo de Humetis constabulario, Hugone de la Mara,
 Henrico Hosato apud Lond'.

172.

[Henry II confirms the possessions of the abbey.] c. Mar.
 1155.

Henricus rex Angl' & dux Norm' & Aquit' & comes Andeg' archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, iustic', baronibus, uicecomitibus, ministris & omnibus fidelibus suis totius Anglie francis & anglis salutem. Sciatis me concessisse & in perpetuam elemosinam con-
 firmasse ecclesie sancte Marie de Thama & monachis

- fol. 46r.* ibidem deo seruentibus de ordine Cisterciensi omnes
 (cont.) terras & tenuras suas quae eis rationabiliter date sunt &
 concesse sicut donatorum carte testantur. Ex dono
 Alexandri Lincolnensis episcopi ipsius loci fundatoris
 ipsum locum & parcum in quo abbatia fundata est.
 Et terram que fuit Nigelli Chire & Ruchmereshegg' &
 Wifaldam ex dono Gaufridi de Iueto ; ex dono Willelmi
 filii Othonis vii hydas terre in Sipdune ; ex dono Reginaldi
 le Gait quinque uirgatas terre in Ottelia ; ex dono
 Roberti Doilli triginta & sex acras terre in Westune ; ex
 dono Roberti filii Amalrici terram de Cestretone ; ex
 dono Petri Talamasche duas hydas terre in Stoke, que
 sunt de feudo Reginaldi de sancto Walarico ; ex dono
 Ricardi de Vernon & Walteri filii eius duas hydas terre in
 Sideham ; ex dono Hugonis Constabularii dimidiam
 hydam terre in Mortune ; ex dono Gaufridi filii Osmundi
 unam hydam terre in Mortone ; ex dono Roberti
 Cheuauchesul unam hydam terre in Tetteswrda ; ex dono
 Hugonis de Horsendune terram quam eis dedit ; ex dono
 Osberti de Santredune croftam illam que vocatur Bothme
 & Budeham & Delput & pasnagium xxx porcorum in
 bosco suo & partem eiusdem bosci, sicut fosse facte sunt.
 Quare uolo & firmiter precipio quod predicta ecclesia &
 monachi predicti habeant & teneant hec omnia predicta
 cum omnibus pert. suis in bosco & plano, in pratis &
 pasturit, in aquis & molendinis & in omnibus locis quieta
fol. 46v. de seyre & hundred' & murdr' & dangeld | & hydag' &
 scutag' & placitis & querelis & auxiliis & donis uice-
 comitum & ministrorum suorum & omni seculari seruicio
 & exaccione, cum soca & saca & tol & theam & infange-
 nethef & cum omnibus aliis libertatibus & liberis consue-
 tudinibus suis, ita bene & in pace & libere & quiete &
 honorifice, sicut carte Alexandri Lincolnensis episcopi &
 Roberti successoris eius & omnium aliorum donatorum
 suorum eis rationabiliter testantur. Et prohibeo ne quis
 eis inde super hoc iniuriam vel molestiam faciat. Testibus,
 Philippo Baiocensi & Arnaldo [sic] Lexouensi episcopis,
 & T. Cancellario, & Ricardo de Humetis constabulario
 & Warino filio Geroldi camerario & Mannasero Biset
 dapifero & Roberto de Dunestanuilla, apud Westmonas-
 terium.¹

¹ Assigned by Eyton to March 1155 [*Itin. of Hen. II*, p. 8].

173.

[Command of King Henry to his Sheriffs and Ministers
in Bucks and Oxon.]

? 1155.

fol. 46v.

(cont.)

Henricus rex Angl' & dux Normann' & Aquitan' & Comes Andegau', omnibus uicecomitibus & ministris suis de Oxenefordscyre & Bukihamscyre salutem. Precipio quod per omnes ballias u[est]ras faciat habere monachis de Thama omnes illas libertates & consuetudines & quietancias quas ei dedi & per cartam meam concessi. Quod nisi feceritis, iusticia mea faciat fieri. T. Cancellario & Ricardo de Hum[et] constabulario apud Westmonasterium.

174.

[Command of the king to six of the chief ports that the
goods of the monks of Thame are to be free of toll.]

? 1155.

Henricus rex Angl' & dux Normann' & Aquitan' & Comes Andegau', iusticiis, uicecomitibus & balliuis suis Anglie & Normannie & portuum maris, & nominatim Hamton' & Hasting' & Douere & Depe & Hoistreham¹ & Barbefled salutem. Precipio quod equi & omnes res monachorum de Tama Cisterciensis ordonis sint quieti de tolneio & passagio & pontagio & omni consuetudine ubicunque in totam terram meam uenerint. Et prohibeo ne quis eis inde iniuriam faciat uel contumeliam uel disturbet supra x libras forisfacture. Testibus qui prius, & ubi prius.

175.

[Command of the king that the goods of the monks of
Thame are to be free of toll in England.]

1155.

Henricus rex Angl' & dux Normann' & Aquitann' & comes Andegau', iusticiis & uicecomitibus & ministris suis tocis Anglie salutem. Precipio quod omnes res monachorum de Tama, quas emerint uel uendiderint ad proprios usus suos, sint quiete de omni tolneio & passagio & omni consuetudine per totam terram meam Anglie. Et prohibeo

¹ Its situation is not certain; see Eyton's *Itin. of Hen. II*, p. 1. Three of the ports are in England, three in Normandy.

fol. 46v. ne quis eos iniuste uexcet [sic] ueldi sturbet, supra x
 (cont.) libras forisfacture. T. Cancellario & Ricardo de Hum[et]
 constabulario, apud Westmonasterium.

176.

fol. 47r. [The king gives his special protection to the abbey.]
 1175.

Henricus dei gracia rex Angl', dux Normann' & Aquitan', Comes Andegau', archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, iustic[iis], uicecomitibus & omnibus ministris & fidelibus suis Anglie, salutem. Sciatis quod abbatia de Tama & abbas & monachi ibidem deo seruientes & omnes eorum possessiones sunt in manu mea & custodia & proteccione. Et ideo uolo & firmiter precipio quod abbatiam illam & monachos & omnes tenuras & res suas, sicut meas dominicas, manuteneatis & custodiatis & protegatis ; ita quod nullam eis iniuriam vel contumeliam faciat vel ab aliquo fieri permittatis. Sed si quis eis in aliquo forisfecerit, plenariam inde iusticiam sine dilatione eis faciat. Et prohibeo ne ipsi ponantur in placitum nisi coram me de aliquo tenemento suo. Testibus, Henrico episcopo Baioc[ensi] & Ricardo de Hum[et] constabulario apud Lutegareshale.¹

177.

fol. 47v. [Walter Pippard, lord of Rotherfield Peppard, quit-
 Aug. 26, claims rights of pasturage.]
 1211.

Sciант² presentes & futuri quod ego Walterus Pipard pro salute anime mee & domine Iohanne matris mee & Emme uxoris mee & omnium antecessorum & heredum meorum remisi & quietum clamaui deo & beate Marie & monachis de Tama totum ius & clamium quod ego & antecessores & heredes mei habuimus vel habere potuimus in communia bosci & pasture eorum de Wifalda infra sepem que tenditur a Bremmeshole usque ad Fulemere uersus grangiam eorum ; et reddidi predictis monachis cyrographum quod inde factum fuit in curia domini regis inter abbatem de Tama & predictam Iohannam matrem

¹ The date is suggested by Eyton's *Itin. of Hen. II*, p. 196.

² This and the next two are in the second hand.

meam per Geroldum cellararium positum loco abbatis & *fol. 47v.*
 per me positum loco matris mee ad lucrandum uel (cont.)
 perdendum. Et pro hac relaxatione & quieta clamantia
 prefati monachi concesserunt michi & heredibus meis &
 persone de Rutherefeld & successoribus suis communam
 pasture sue & husbote & heibote in bosco suo extra
 sepem predictam tantummodo, scilicet a Fulemere usque
 Bremmesole uersus Rutherefeld & a Fulemere usque
 boscum de Stokes Basset preter boscum quod ipsi monachi
 tenent de feudo Willelmi filii Gaufridi in quo bosco nullam
 communam unquam clamauimus nec clamare poterimus.
 Et predicti monachi concesserunt hominibus meis de
 Rutherefeld communam pasture sue & husbote & heibote
 in bosco predicto, scilicet extra sepem predictam tantum-
 modo per visum forestarii eorum & per uisum seruentis
 mei & heredum meorum. Ipsi uero monachi occasione
 huius relaxationis & quiete clamantie non destruent
 boscum quod est extra sepem predictam in quo ego &
 homines mei communam habere debemus nec pasturam
 superonerabunt. His testibus, Roberto Macro tunc
 subuicecomite Oxon', Adam de Cennore, Willelmo
 Marmiun, Henrico clericu uicecomitis, Iacobo de Besing-
 tone, Tristram de Padenhale, Roberto clericu de Rutherefeld,
 Henrico Koc, Gileberto Coco, & aliis. Hii omnes
 interfuerunt & uiderunt ubi Walterus Pipard relaxauit &
 quietum clamauit domino Simoni abbatu & conuentui
 communam bosci & pasture quam habuerat infra sepem
 nostram & prescriptam cartam tradidit in manus prefati
 abbatis in camera apud Rutheresfeld, anno dominice
 incarnationis MCCXI, VII Kal. Septembbris, scilicet die
 Veneris proxima post festum beati Bartholomei apostoli.
 Fuerunt autem ibi cum abate Radulfus cellararius &
 frater Laurentius.

178.

[Reginald, parson of Rotherfield, quitclaims rights of
 pasturage.]

1211.

Sciant presentes & futuri quod ego Reginaldus persona
 de Rutherefeld pro salute domini mei Walteri Pippard &
 mea & successorum meorum remisi & quietum clamaui
 ex bona uoluntate mea deo & beate Marie & monachis de

fol. 47v. Tama in perpetuum totum ius & clarium quod ego & (cont.) antecessores & successores mei habuimus vel habere potuimus in communia bosci & pasture eorum de Wifalda infra sepem que tenditur a Bremmesole usque Fulemere versus grangiam eorum. Et consensi & petii ut dominus meus Walterus Pipard redderet prefatis monachis cyrographum quod inde factum fuit inter dominam Iohannam matrem suam & ipsos monachos in curia domini regis. Et pro hac relaxatione & quieta clamantia predicti monachi concesserunt michi & successoribus meis personis de Rutherefeld communam pasture sue & husbote & heibote in bosco suo tantummodo extra sepem predictam, scilicet a Fulemere usque Bremmesole uersus Rutherefeld & a Fulemere usque ad boscum de Stokes Basset preter boscum quod ipsi monachi tenent de feudo Willelmi filii Gaufridi, in quo nullam communam habebimus. Testibus qui supra et aliis.

179.

fol. 48r. [James de Bergefeld grants a special warranty for the c. 1211. land conveyed in No. 168.]

Notum sit omnibus sancte matris ecclesie filiis tam presentibus quam futuris quod ego Iacobus de Bergfeld dedi [&c.] deo & beate Marie & monachis de Thama totum pratum meum quod uocatur la Morre que iacet iuxta aquam de Kenete ad occidentem molendini de Bergfeld ; tenendum in perpetuum libere & integre de me & de hominibus meis, reddendo inde nobis annuatim tantum sex solidos ad duos terminos scilicet ad festum sancti Michaelis iii sol. & ad festum sancte Marie in Marcio iii sol. pro omnibus aliis seruiciis & pro omnibus aliis rebus. Et ego & heredes mei warantizabimus predictis monachis totum predictum pratum contra omnes homines & omnes feminas & defendemus illud & adquietabimus uersus dominum regem & uersus omnes homines tam de pontibus faciendis quam de merciamentis & de omnibus euentibus qui poterunt euenire. Et hoc faciemus pro quinque marcis argenti quas predicti monachi michi dederunt pre manibus & pro predictis sex solidis michi & heredibus meis annuatim reddendis, ita quod si predicti monachi in aliquam iacturam inciderint

de predicto tenemento pro defectu warantizacionis uel *fol. 48r.*
 defensionis uel adquietacionis, ego & heredes mei totum (cont.)
 dampnum suum eis integre restaurabimus. Et hec omnia
 fideliter tenenda ego pro me & pro heredibus meis affidaui.
 Predicti uero monachi concesserunt michi & uxori mee
 & liberis meis ex caritate fraternitatem & communionem
 omnium beneficiorum domus sue. His testibus, Stephano
 de Tohfeld, Willelmo Marmiun, Willelmo Braci, Galfrido
 Not, Ricardo Venatore, Henrico Coc, Gaufrido Camerario
 & aliis.

180.

[Roger son of Hugh grants to the abbey a house
 in Henley.]

c. 1240.

Sciant presentes & futuri quod ego Rogerus filius
 Hugonis piscatoris dedi [&c.] deo & beate Marie &
 monachis de Thama totum mesuagium meum cum
 omnibus pert. suis in Hanlee & cum omnibus libertatibus
 & liberis consuetudinibus suis ad ipsum mesuagium
 pertinentibus in omnibus locis & rebus scilicet illud
 mesuagium quod iacet inter curtam persone & terram
 Willelmi Walerand; tenendum predictis monachis in
 perpetuum libere, pacifice & integre reddendo inde
 annuatim dicto Willelmo Walerand & heredibus suis sex
 denarios ad terminos in burgo statutos, & reddendo
 heredibus meis unum denarium per annum scilicet infra
 septimanam Pasche. Et ego [&c. warranty]. Et ut
 [&c. sealing], hiis testibus, Ricardo Foliot, Roberto de
 sancto Iohanne, Matheo de Bixtrop, Philippo de Craun-
 ford, Waltero de sancto Milone, Hugone capellano,
 Thoma Carbonel, Radulfo de la Lake, Rogero de la
 Diche, Rogero filio Leuerici, Willelmo de Assendene,
 Roberto Portario [or Porcario] & aliis.¹

¹ This is in a hand of about 1350, but the deed is of about 1240.

[CHESTERTON.]

181.

- fol. 48v.* Notum sit omnibus sancte ecclesie matris filiis quod
 1137. ego Robertus Amalrici filius dedi deo et sancte Marie et
 monachis in Otteleia degentibus illud de dominico meo
 quod Curtlicraue proximum est de terra de Cestreton
 pro anima patris & matris mee & pro anima Henrici
 regis neconon pro animabus parentum meorum & parentum
 uxoris mee. Quod ut ratum perpetuo firmetur iugalis
 mee & filiorum meorum Willelmi & Roberti concessione &
 sigilli mei impressione et testium subscriptione consolido,
 Henrici, Reinboldi & Osberti & Osmundi clerici & Roberti
 capellani.¹

182.

- fol. 49r.* [Robert son of Amauri grants land in Chesterton.]
 1151-4.

Notum sit omnibus sancte matris ecclesie filiis tam
 presentibus quam futuris quod ego Robertus filius
 Amalrici dedi & concessi in perpetuam elemosinam
 Serloni abbatii & monachis abbacie sancte Marie de Tama
 totum dominicum meum quod uocatur Wlwardesull
 habens sexaginta acras de inland & similiter totum
 dominicum meum de Oxeheie, id est decem acras de inland,
 & preter hec uiginti acras de warland inter Wlwardeshulle
 & Accemannestrete ; iste uiginti acre debent se
 defendere pro dimidia hida uersus regem & dominum de
 cuius feodo terra illa est. Illa autem terra scilicet de
 Wlwardeshulle & de Oxeheie que est de inland libera est
 & quieta ab omni consuetudine & seruicio seculari uersus
 regem & uersus omnes homines. Dedi eciam eis totum
 pratum, quod est ad caput Wlwardeshulle a ponte per
 quem itur ad boscum usque ad terram Weston, & preter
 hoc decem acras de prato meo ; dedique eis communem
 pasturam trecentum ouibus & sedecim bobus et sex
 vaccis & centum onera de bosco meo siue uiginti carataias,
 concedente herede meo Roberto & fratribus eius Radulfo
 & Henrico, concedente eciam Osmundo clero & filio
 eius & omnibus uillanis. Et hec feci pro anima regis

¹ Confirmed by Henry II in 1155 (see No. 172). Robert son of Amauri held Chesterton from 1130 to after 1151 (*Boarstall Cartul.* p. 325).

Henrici¹ & pro anima uxoris mee Yuice & filiorum meorum *fol. 49r.*
 & filiarum mearum & pro salute mea & omnium parentum
 meorum, filiarum mearum & omnium antecessorum
 meorum. Et pro concessione huius donationis abbas &
 monachi predicti dederunt Roberto filio meo & heredi
 centum solidos et fratri eius Radulfo quoddam fusco-
 tirstum.² Testibus, Roberto archidiacono Oxoniensi,
 Rogero cantore Lincolniensi, Radulfo de Noiers, Roberto
 filio Ilberti, Iocelino clero archidiaconi, Osmundo
 clero de Cestretona.

(cont.)

183.

[Robert son of Robert gives half a hide in Chesterton.] *c. 1170.*

Notum sit uniuersis sancte matris ecclesie filiis tam presentibus quam futuris quod ego Robertus³ filius Roberti filii Amalrici consensu Radulfi fratris mei dedi & concessi in puram elemosinam abbati de Tama & monachis ibidem deo seruientibus ordinis Cisterciensis dimidiad hidam terre ; uiginti sex acre huius dimidie hide continentur in Peresfurlange et quadraginta tres per campos uersus Mudemintone, et totum pratum meum quod continetur inter Paruam Cestretonam et Wendelburiam. Et sciendum quod hec terra defendere se debet erga me pro dimidia hida. Et preterea confirmaui donationem patris mei quam dedit illis sicut eiusdem carta testatur. Hec itaque omnia feci pro salute mea et pro anima patris mei et matris mee & omnium predecessorum meorum. Testibus Ricardo Basset, Amalrico filio Radulfi.

184.

[Amauri, son of Ralf, overlord of his cousin Robert, confirms his gift.] *c. 1175.*

Amalricus filius Radulfi filii Amalrici omnibus hominibus suis & amicis francis & anglis, clericis & laicis salutem. Sciatis me uoluntate & concessione heredum meorum

¹ The words *pro anima regis Henrici* imply that Henry II was not yet king ; otherwise *senioris* would have been added ; Roger ceased to be precentor in 1156 according to Le Neve. Robert Foliot became archdeacon in 1151.

² Not in Ducange.

³ Died before 1177 [*Boarstall Cart.*, p. 325].

fol. 49r. concessisse & in perpetuam elemosinam confirmasse
 (cont.) ecclesie sancte Marie de Tama & monachis ibidem deo
 seruientibus totam terram illam quam Robertus filius
 Amalrici auunculus meus & Robertus filius eius in elemo-
fol. 49v. sinam illis dederunt & cartis suis confirmauerunt | pro
 salute mea & heredum meorum & amicorum & pro anima
 patris mei & matris mee & uxoris mee & omnium parentum
 meorum. Quare uolo & firmiter precipio tam heredibus
 meis quam reliquis amicis & hominibus quatinus predicti
 monachi supradictam terram cum omnibus suis pertinen-
 tibus in terra arabili, in pratis, in pascuis & in bosco
 habeant & teneant solutam & quietam & liberam sicut
 carte illorum testantur. Testibus, Reginaldo de Brutewel
 & Eustachio de Edewelle presbiteris & aliis.

185.

- c. 1178. [Ralf son of Robert confirms the gifts of his father
 and brother in Chesterton.]

Sciant presentes & futuri quod ego Radulfus filius
 Roberti filii Amalrici concessi [&c.] monasterio sancte
 Marie de Tama & monachis ibidem deo seruientibus totam
 donationem & omnia tenementa cum pert. suis que
 predictus Robertus pater meus eis in perpetuam elemo-
 sinam assensu & concessione mea concessit & dedit &
 carta sua confirmauit. Et similiter concessi eisdem
 monachis totam donationem & omnia tenementa cum
 pert. suis que Robertus frater meus eis in elemosinam
 dedit assensu & concessione mea & carta sua confirmauit.
 Et ego dedi eisdem monachis paruum pratum quod
 iacet ante portam eorum in escambium pro magno prato
 quod iacet iuxta illud paruum pratum. Concessi etiam
 eisdem monachis bercariam suam ut ipsa stet ubi modo
 stat & quod inde non remoueatur & ipsi debent prouidere
 ne oves sue per bercariam illam michi dampnum faciant.
 Et si fecerint monachi dampnum meum secundum quod
 iustum fuerit emendabunt. Pro hac autem concessione
 & confirmatione mea sepedicti monachi dederunt michi
 c solidos sterlingorum & caritatis intuitu concesserunt
 michi quod facient & constituent in perpetuum duos
 monachos in monasterio de Tama pro animabus ante-
 cessorum meorum & pro me ipso & heredibus meis.

Quare concedo & firmiter uolo quod monasterium de fol. 49v.
 Tama & prefati monachi habeant & teneant omnia (cont.)
 predicta tenementa bene & in pace, libere & quiete,
 plenarie & integre cum omnibus pert. suis in bosco &
 plano, in pratis & pascuis & pasturis & omnibus aliis rebus,
 sicut carta patris mei & carta fratris mei eis confirmant
 & testantur. Testibus, Ricardo Wintoniensi, Reginaldo
 Bathoniensi, Iohanne Norwicensi episcopis, Rogero filio
 Rainfrei, Iordano de Clinton, Roberto de Witefeld,
 Roberto filio Radulfi.

186.

[A final concord confirming the previous deed.]

May 3,
 1178.

Hec est finalis concordia que facta fuit in curia domini regis apud Westmonasterium ad scaccarium Pasce proximum post concordiam inter dominum papam Alexandrum & Fredericum imperatorem Alemannie die Inuencionis sancte Crucis coram Ricardo Wintoniensi episcopo & Ricardo de Luci & Willelmo Basset & Rogero filio Rainfredi & Radulfo filio Steffani & Roberto Mantel & ceteris iusticiis domini regis qui tunc ibi aderant inter monachos de Tama & Radulfum filium Roberti filii Amalrici de quadam bercaria in Cestretona & quodam paruo prato quod est ante portam ipsorum monachorum in eadem uilla, unde placitum fuit inter eos in curia domini regis scilicet quod predictus Radulfus clamat quieta predictis monachis de se & heredibus suis predictam bercariam & predictum pratum & occies xx & nouem acras de terra arabili quas pater ipsius & Robertus frater suus eis dederunt in eadem uilla & x acras prati in communi prato eiusdem ville quas pater prenominati Radulfi eis dedit. Et sepediti monachi deffendent omnia dicta tenementa pro una hyda terre uersus dominum regem. Et pro hac concordia & concessione memorati monachi dederunt predicto Radulfo c solidos sterlingorum.

fol. 50r.

[WENDLEBURY.]

187.

- c. 1196. [Walter de sancta Fide grants an acre in Wendlebury.]
 fol. 50r.

(cont.) Notum sit omnibus sancte matris ecclesie filiis quod ego Walterus de sancta Fide assensu Hamundi heredis mei dedi [&c.] ecclesie sancte Marie de Tama & monachis ibidem deo seruientibus unam acram prati mei de Wendelbyri que iacet iuxta terram arabilem, scilicet le holered-acre Waukelini uersus aquilonem, in puram & perpetuam elemosinam, liberam & quietam ab omni seruitio seculari. Hanc autem predictam acram prati ego & heredes mei eis warantizabimus contra omnes homines. Et hoc feci pro salute anime mee & uxoris mee & patris & matris mee & heredum meorum & omnium antecessorum meorum. Testibus, Walkelino filio Rogeri, Gaufrido de saint Martin, Roberto de Grainville, Ricardo de Hesintone, Sewal' de sancta Fide, Petro filio Walteri, Iohanne filio Walteri & aliis.

188.

1202. [Hamundus de sancta Fide grants a virgate in Wendlebury.]

Notum sit omnibus Cristi fidelibus quod ego Hamundus de sancta Fide pro salute anime mee & antecessorum & successorum meorum dedi [&c.] deo & ecclesie beate Marie de Tama & monachis ibidem deo seruientibus in puram & perpetuam elemosinam cum corpore meo & corpore uxoris mee unam uirgatam terre in Wendelbyri illam scilicet quam Gilebertus filius Aldewini tenuit, tenendam de me & heredibus meis in perpetuum bene & in pace, libere & quiete, honorifice & integre cum omnibus pert. suis, in terra arabili, in pratis & pasturis, in uii & semitis, in aquis & communis & in omnibus aliis libertatibus & aisiamentis eiusdem uille, reddendo annuatim ad festum sancti Michaelis I libram piperis pro omni seruicio & exactione seculari, saluo seruicio domini regis. Et quia predicti monachi adiuuerunt me de vi libris sterlingorum

ego & heredes mei predictam terram totam illis waranti- *fol. 50r.*
zare debemus. Ad hanc uirgatam pertinent in Estfeld (cont.)
ix acre arables, in Westfeld xiii & dimidia & quatuor acre
prati & dimidia. Pro curtilagio autem & mesagio sunt
duo buz retro domum Gileberti ; & hec terra non est de
dote uxoris mee. Testibus, Ricardo le Thus tunc vice-
comite¹ Oxon', Ricardo Talemasche, Heriberto Quatre-
mains, Adam de Cennore, Helia decano de Stoke, Hugone
Paupere, Petro filio Walteri & aliis.

189.

[Walkelin son of Roger grants a meadow in Wendlebury.] *fol. 50v.*
1196.

Notum sit omnibus Cristi fidelibus quod ego Walkelinus
filius Rogeri assensu domini mei Sewal' de Oseuille dedi
& carta mea confirmaui monachis de Tama totum
pratum meum de Baillebenesham & duos buz proximos
de terra illa arabili in Wendelbyri in puram & perpetuam
elemosinam pro salute anime mee & patris & matris &
uxoris mee & omnium parentum meorum. Hanc autem
elemosinam concessi predictis monachis anno viii regis
Ricardi. Testibus, Roberto Damalri, Roberto filio eius,
Waltero de sancta Fide, & Hamundo filio eius & Roberto
de sancta Fide & aliis.

190.

[The abbey grants a messuage in Tetsworth.]

May 14,
1287.

Sciant presentes & futuri quod ego Rogerus dictus
abbas de Thama et eiusdem loci conuentus dedimus [&c.]
Iohanni de Stoketalemache et Iohanne uxori sue et
heredibus eorum unum mesuagium in villa de Tethes-
wurza, illud uidelicet quod iacet inter mesuagium Willelmi
le Graunt ex una parte et mesuagium Roberti Gunne ex
altera, et quod Alanus Carpentarius de nobis tenuit in
eadem villa ; habendum & tenendum de nobis & succe-
soribus nostris predictis Iohanni & Iohanne uxori eius
& heredibus eorum libere, quiete, bene & in pace iure
hereditario in perpetuum, reddendo inde annuatim nobis
et successoribus nostris tres solidos & quatuor denarios per

¹ March to Michaelmas 1202.

fol. 50v. annum ad duos anni terminos [Sept. 29 and March 25]

(cont.) pro omnibus seruiciis, auxiliis, tallagiis, consuetudinibus
& demandis secularibus ad nos pertinentibus, saluis nobis
& successoribus nostris, wardis et releuiis, scutagiis &
secta curia nostre et regale¹ seruicium quantum pertinet
ad tale mesuagium in eadem uilla. Et nos predicti
Rogerus [&c. warranty]. In huius [&c. sealing], hiis
testibus, domino Henrico de Bruly, Nicholao de Gargevil',
Ricardo Dauuers, Edmundo de Burton, Hugone Pyron,
Nicholao de Stoke, Rogero de Weston, Rogero filio
Iohannis et aliis. Acta die Mercurii ante festum Ascen-
sionis domini anno regni regis Edwardi xv.

[*Fol. 51* is blank ; *fol. 52* is missing ; *fol. 53r* is blank.]

¹ regalem, *MS.*

[MINOR PROPERTIES.]

191.

Incipiunt parue carte de his terris que a grangiis fol. 53v.
 remote sunt. [1189—
 [Mag. John de Bridport grants a messuage in Oxford.] 1193.]

Uniuersis sancte matris ecclesie filii ad quos presens
 scriptum peruerterit magister Iohannes de Bridport
 persona ecclesie beate Petri de Oxonia apud portam
 orientalem salutem in domino. Nouerit uniuersitas uestra
 quod ego concessi & dedi in perpetuam elemosinam
 Abbacie de Tama & monachis ibidem deo seruientibus
 mesuagium quod Goda la braceresse tenuit in parochia
 sancte Mildride, quod spectat ad tenementum ecclesie
 sancti Petri, pro anima regis Henrici secundi & pro salute
 mea ; reddendo inde annuatim xii denarios in die beati
 Petri ad uincula supradicte ecclesie sancti Petri. Et
 ut hec donatio rata permaneat & firma hac mea carta
 confirmauit. T. Alienor regina, Hugone abbe de Oseneia,
 Herberto archidiacono Cantuariensi, Philippo priore
 sancte Frideswide, & H. suppriore & aliis plurimis.¹

192.

[Agnes de Humez grants a virgate in Winchendon.] c. 1210.

Sciant² omnes tam presentes quam futuri quod ego
 Agnes de Humez pro salute anime mee & pro animabus
 patris & matris mee & domini mei Baldewini Wac & pro
 salute filii mei Baldewini Wac dedi [&c.] monachis de
 Tama in puram & perpetuam elmosinam unam uirgatam
 terre in uilla de Winchendone illam scilicet quam Germanus
 filius Ricardi tenuit cum mesagio quod Robertus Sutor &
 Aluina uidua tenuerunt, tenendam in perpetuum cum

¹ The date is after the death of Henry II ; Herbert ceased to be archdeacon of Canterbury in 1193. The date can probably be limited to July—Dec. 1189, for John de Bridport, “the king’s doctor” [*Pipe Roll*, Mich. 1190] left England with the king before the end of 1189. This house in St. Mildred’s parish cannot be identified. The abbey must have parted with it before many years, but after 1203–4, when the Cartulary was written.

² In the second hand.

fol. 53v. omnibus pert. suis in pratis & pasturis & omnibus aliis
 (cont.) libertatibus & aisiamentis, liberam & quietam ab omni
 seruitio & exaccione seculari, saluo forinseco seruitio.
 Huius autem uirgate decem acre iacent in orientali campo
 in his locis, scilicet una acra ex duabus partibus de
 Ludebroc & i acra super Ebbesdune iuxta culturam de
 dominico & i acra supra Merewelle & i super le Thurn-
 longe & super le Belribbe & i acra & dimidia super
 Brinslake & i dimidia acra subtus Littlewellewar & i acra
 contra Foxewellehulle¹ & ii acre apud Dichewelleforde
 quarum una cadit super la cheuez alterius & i acra ab
 occidente de Lambehurst. Alie uero decem acre iacent
 in occidentali campo in his locis, una acra super le
 Morfurlong & i acra inter prata ex occidentali parte
 pontis & i acra super la Redelonde & i acra & dimidia
 contra Blundewelle hulle, & i dimidia acra super Tune-
 wellehulle & i acra ultra la chirchewaie & ii acre apud
 Gorenestende que cadunt super le Smalestrete & i acra
 in Redewelleslade que cadit super le Caldefelde & i acra
 super montem ultra Redewelle ab oriente fontis. Hanc
 autem terram ego [&c. warranty]. Testibus, Heriberto de
 Bolebec, Ranulfo Wac, Rogero capellano, Willelmo de
 Lectune, Petro de Uinges, Roberto de Ilmere, Aluredo
 Rabaz, Hugone seruiente, Ricardo filio Willelmi & aliis.

193.

fol. 54r. [Philip de Cranford grants half a hide in Cranford.]
c. 1220.

Sciant² presentes & futuri quod ego Philippus de Cran-
 ford dedi [&c.] deo & beate Marie & monachis de Tama
 totam illam dimidiad hidam terre cum omnibus pert.
 suis in Cranford quam tenui de Gileberto de sancto
 Michaele fratre meo, tenendam prefatis monachis in
 perpetuum libere, quiete & integre in omnibus rebus &
 locis, reddendo inde annuatim heredibus Gileberti predicti
 fratris mei unam libram cimini super ipsam terram infra
 Natale domini pro omnibus aliis seruiciis, auxiliis, consue-
 tudinibus & demandis, saluo regali seruitio. Et ego [&c.
 warranty], hiis testibus, domino Alano de Englefeld,

¹ Or Forewellehulle.

² This and the next three deeds are in the third hard. Cranford is
 in Middlesex, between Brentford and West Drayton.

Radulfo Dairel, Willelmo filio Almarici, Nicholao de *fol. 54r.*
sancto Germano, Willelmo de Cranford, Henrico Dairel. (*cont.*)
Ranulfo de Sibwinestune & aliis.

194.

[Philip de Cranford grants a virgate in Cranford.] c. 1220.

Sciant presentes & futuri quod ego Philippus de Cranford dedi [&c.] deo & beate Marie & monachis de Tama totam illam uirgatam terre cum omnibus pert. suis in Cranford quam habui ex dono domini mei Willelmi de Cranford; tenendam prefatis monachis in perpetuum de domino Iohanne de Mascay & domina Auelina uxore sua que fuit filia predicti Willelmi de Cranford & de heredibus ex ipsa Auelina procedentibus libere, quiete & integre in omnibus rebus & in omnibus locis, reddendo inde eis tres solidos per annum pro omnibus seruitiis, auxiliis, consuetudinibus & demandis & pro omnibus aliis rebus, saluo regali seruicio scilicet ad festum sancti Michaelis xviiid. & ad Pasca xviiid. Et ego [&c. warranty]. Hiis testibus, domino Alano de Englefeld, Radulfo Dairel, Nicholao de sancto Germano, Willelmo filio Almarici, Henrico Dairel, Ranulfo de Sibwinestune, Roberto filio Osberti, Rogero Reiner, Iohanne filio Nigelli, Ricardo de Hettune & aliis.

195.

[Simon de sancto Michaele confirms the grants of Philip de Cranford.] 1226.

Sciant presentes & futuri quod ego Symon filius & heres Gilberti de sancto Michaele concessi [&c.] deo & beate Marie & monachis de Tama donationem quam Philippus de Cranford patruus meus eis fecit de illa dimidia hida terre cum pert. suis in Cranford que fuit maritagium Hersente auie mee, scilicet matris patris mei; et similiter donacionem quam idem Philippus eis fecit de illa uirgata terre cum pert. suis in Cranford quam emerat de Willelmo de Cranford; tenendum ipsis monachis sicut carte ipsius Philippi quas inde habent proportant & testantur. Et ego Simon remisi & de me & de heredibus meis imperpetuum quietum clamaui *fol. 54v.*

fol. 54v. prefatis monachis & eciam abiuraui omne ius & clamium
 (cont.) quod in prefatis terris aliquando habui [&c.]. Et pro hac
 mea confirmatione & quieta clamancia dederunt michi
 prefati monachi duodecim marcas argenti coram magno
 scaccario domini regis apud Westmonasterium, ubi carta
 ista lecta fuit & inrotulata. Testibus hiis, domino
 Eustachio Londoniensi episcopo tunc domini regis
 thesaurario, domino Ricardo Saresbiriensi & domino
 Iocelino Bathoniensi episcopis, domino Radulfo Cices-
 trensi episcopo, tunc domini regis cancellario, domino
 Ricardo abbe de Westmonasterio, magistro Michaele
 Belet & aliis baronibus scaccarii, Ricardo Rainger tunc
 maiore London', Iohanne de Maschay, Henrico Bucointe,
 Godefrido Huscarl & multis aliis.

196.

1226.

[The charter is enrolled on the Pipe Roll.]

Carta ista inrotulata est in magno rotulo regis in
 Middelsex' in anno regni regis Henrici tertii decimo in
 hac forma. Abbas de Tama dat dimidiam marcam ut
 scribatur in magno rotulo quod Simon filius & heres
 Gileberti de sancto Michaele uenit coram baronibus de
 scaccario & concessit & carta sua confirmauit deo & beate
 Marie & monachis de Tama donationem quam Philippus
 de Cranford patruus suus eis fecit de illa dimidia hida
 terre cum pert. suis in Cranford que fuit maritagium
 Hersente auie sue, scilicet matris patris sui ; et similiter
 donationem quam idem Philippus eis fecit de illa uirgata
 terre cum pert. suis in Cranford quam emerat de Willelmo
 de Cranford ; tenendum ipsis monachis sicut carte ipsius
 Philippi quas inde habent proportant et testantur ; et
 quod idem Simon remisit & de se & heredibus suis in
 perpetuum quietum clamauit prefatis monachis, et
 eciam abiurauit totum ius & clamium quod in prefatis
 terris habuit aliquando, et quod ipse & heredes sui in
 eisdem terris in posterum habere poterunt, ita quod
 nullum ius in ipsis terris aut in eorum pertinenciis deinceps
 habere uel clamare poterunt. Et quod pro hac confirma-
 tione & quieta clamantia dederunt prefati monachi ipsi
 Simoni duodecim marcas argenti coram predicto scaccario.

[PAPAL GRANTS.]

197.

[The proctor of the abbot of Thame, cited to the archbishop's court in a suit raised by the rector of Stoke Talmage, protests that by papal grants Cistercian houses cannot be cited to his court.]

fol. 55r.

In¹ dei nomine Amen. Coram uobis reuerendissimo in Christo patre ac domino, domino Willelmo dei gracia Cantuariensi archiepiscopo, tocius Anglie primate & apostolice sedis legato, vestrove commissario seu commissariis aut audiencie vestre causarum auditore quo cunque² in causa quam magister Iohannes Belgrave rector ecclesie parochialis de Stoketalmache se pretendens, Lincolniensis diocesis, coram vobis contra religiosos viros abbatem & conuentum monasterii de Thama, ordinis Cisterciensis, eiusdem diocesis, de & super quibusdam decimis de terris ipsorum abbatis & conuentus prouenientibus & earum occasione prosequi nititur & intendit ; Ego frater Iohannes Mussenden dicti monasterii de Thama monachus, procurator & procuratorio nomine religiosorum virorum predictorum, protestor palam publice & expresse in hiis scriptis quod non intendo nec domini mei predicti intendunt per comparacionem meam presentem nec per aliqua coram vobis dicta vel dicenda, proposita vel proponenda in vos ut in iudicem meum seu dominorum meorum predictorum, seu in vestram iurisdiccionem consentire, nec vestram iurisdiccionem aliqualiter prorogare nisi si & quatenus de iure domini mei fuerint artati & ego de iuris necessitate fuero artatus, set viis & modis dominis meis licitis declinare pro loco & tempore oportunis & salua semper dominis meis predictis & michi eorum nomine protestacione premissa & ab eadem nullatenus recedendo set eidem firmiter adherendo s.s.s.³ dico, allego

¹ It has not been possible owing to war-time restrictions to discover when John Belgrave was rector ; the document is probably of the time of William Courtenay [1381-1397].

² que cunque, M.S.

³ The letters are not quite clear, and the meaning is doubtful.

fol. 55r. & in hiis scriptis propono quod in causa predicta
 (cont.) pretensa procedere non debetis neque potestis auctoritate
 vestra ordinaria in hac parte pretensa ex causis &
 rationibus infrascriptis, obstantibus priuilegiis, libertati-
 bus, immunitatibus & indultis dominis meis predictis &
 eorum ordini a sede apostolica proinde concessis, quibus
 ipsi & eorum predecessores dicti monasterii de Thama &
 aliorum monasteriorum abbates & conuentus a x, xx, xxx,
 xl, l, lx annis ultimo preteritis ac citra & supra usi fuerunt
 palam, publice & notorie & sic utuntur in presenti pro eo
 & ex eo quod iidem abbas & conuentus monasteriorum
 Cisterciensium & eorum monasteria cum suis grangiis,
 ecclesiis, capellis & aliis membris suis presentibus &
 futuris ab omni ordinaria iurisdiccione, dominio ac
 superioritate qualibet omnium & singulorum archiepisco-
 porum, episcoporum, & aliorum quorumlibet iudicium &
 officialium ordinariorum fuerunt & sunt exempti &
 exempta & sedi apostolice immediate subiecti & subiecta
 fol. 55v. ac eisdem | uniuersis & singulis fuit ab antiquo a sede
 apostolica specialiter indultum ut de terris eorum cultis
 & incultis ad ordinem predictum spectantibus quas aliis
 concesserunt vel concedent in posterum excolendis nullus
 ab eisdem religiosis viris seu cultoribus terrarum ipsarum
 aut quibuscumque aliis decimas seu primicias exigere
 vel extorquere presumeret, cum clausula irritante quic-
 quid contra tenorem huius indulti fuerit attemptatum.
 Item ab eadem sede fuit ab antiquo & adhuc est notorie
 per priuilegia eisdem religiosis a dicta sede specialiter
 concessa inhibitum quod nullus prefatos abbates seu
 monasteriorum suorum presertim infra regnum Anglie
 constitutorum personas ad synodos vel forinces [sic]
 conuentus nisi pro fide dumtaxat uel ad placita seu
 capitula vel forum penitenciale absque mandato sedis
 apostolice speciali euocare delicti racione vel quasi seu
 contractus vel quasi aut rei de qua agitur ubicumque
 committere delictum vel quasi, seu iuretur contractus vel
 quasi, aut res ipsa consistenter auctoritate ordinaria in eos
 seu eas excommunicationis, suspencionis vel interdicti
 sentencias promulgare presumat; in quibus priuilegiis
 continetur expresse clausula irritans sentencias si quas
 hac occasione per presumptionem cuiuspam contigerit
 promulgari, saluo in omnibus apostolice sedis mandato

speciali ; quorum omnium priuilegiorum, libertatum, fol. 55v.
 immunitatum & indultorum predictorum possessione a
 tempore primare¹ concessionum ipsorum domini mei
 predicti & alii abbates dicti ordinis ac monasteriorum
 suorum presertim infra regnum Anglie constitutorum
 persone hactenus utebantur & sic utuntur de presenti &
 uti intendunt prout eis licet & licebit in futurum. Que
 omnia & singula fuerunt & sunt vera, publica, notoria,
 manifesta pariter & famosa & super eis laborarunt [sic]
 laborant publica vox & famosa. Unde facta fide que
 requiritur in premissis, ad quam in debita iuris forma
 faciendam offero me ut conueniet nomine quo supra
 paratum, non est per uos, domine iudex, in hac parte
 pretense² in presenti pretensa causa ulterius procedendum,
 set est a processu quolibet ulteriori in eadem pretensa
 causa per nos supersedendum & penitus desistendum
 parsque dictorum dominorum meorum ab examine uestro
 in hac parte pretenso etiam dimittenda. Que propono
 & fieri peto humiliiter cum effectu iuris beneficio in
 omnibus semper saluo.

198.

[A bull of Innocent II.]

fol. 56r.
 Mar. 10,
 1141.

Innocentius episcopus, seruus seruorum dei, dilecto
 filio Euerardo abbati monasterii beate Marie de Parco
 Tame eiusdemque successoribus regulariter substituendis
 in perpetuum. Desiderium quod ad religionis propositum
 et animarum salutem pertinere monstratur, auctore
 domino, sine aliqua est dilatione complendum. Nec
 enim deo aliquando gratus famulatus impenditur, nisi ex
 caritatis radice procedens in religionis puritate fuerit
 consecratus. Ea propter, dilecte in domino fili Euerarde
 abbas, tuis rationalibus postulationibus gratum prebentes
 assensum, monasterium beate Marie de Parco Tame, quod
 auctore domino presides, sub apostolice sedis tutela vel
 protectione suscipimus et presenti priuilegio communi-
 mus ; imprimis siquidem statuentes ut ordo monasticus
 qui secundum beati Benedicti regulam & formam Cister-
 ciensium fratrum ibidem noscitur institutus, perpetuis
 futuris temporibus in eodem loco inuiolabiliter conseruetur.

¹ *Primaris* is another form of *primarius* ; see Ducange.

² Probably this word should be omitted.

fol. 56r. Preterea, quascumque possessiones, quecumque bona
 (cont.) tam ex dono uenerabilis fratris nostri Alexandri Lincoln' episcopi quam etiam aliorum fidelium in presentiarum iuste et legitime possidet, aut in futurum concessione pontificum, liberalitate regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, auxiliante domino poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. Sane decimas laborum vestrorum quos propriis manibus seu sumptibus excolitis vel de nutrimentis vestrorum animalium a vobis nullus exigere presumat. Nulli ergo hominum fas sit idem cenobium temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conseruentur eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere uenire temptauerit, secundo tercioue commonita, si non congrue satisfecerit, potestatis honorisque dignitate careat & a sacratissimo corpore & sanguine dei & domini redemptoris nostri Iesu Cristi aliena fiat, & in extremo examine districte ultioni subiaceat. Conseruantes autem, interuenientibus beatorum Petri & Pauli meritis, omnipotentis dei gratiam consequantur. Amen. Datum Laterani per manum Annecionis sancte Romane ecclesie diaconi cardinalis & cancellarii, sexto Iduum Martii, indiccione iii^a, incarnationis dominice anno MCXL, pontificatus uero domini Innocentii secundi anno duodecimo

Ego Innocencius catholice ecclesie episcopus

Ego Conradus Sabinensis episcopus

Ego Gerardus presbiter cardinalis tituli sancte Crucis

Ego Anselmus presbiter cardinalis tituli sancti Laurentii

Ego Guido sancte Romane ecclesie indignus sacerdos

Ego Gregorius presbiter cardinalis tituli Calixti

Ego Otto diaconus cardinalis sancti Gregorii ad velum aureum

Ego Gerardus cardinalis diaconus sancte Marie in Domna.¹

¹ The *rota* is reproduced : in the centre, "Ses Petrus ses Paulus ; Innocentius papa secundus" and round the edge, "Adiuua nos deus saluator noster."

199.

[A bull of Eugenius III.]

fol. 56v.

Feb. 5,

1146.

Eugenius episcopus, seruus seruorum dei, dilectis filiis Euerardo abbati monasterii beate Marie quod in parco de Tama situm est, eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem uitam professis in perpetuum: quoniam sine uero cultu religionis nec caritatis unitas potest subsistere nec deo gratum exhiberi seruicium, expedit apostolice auctoritati religiosas personas diligere & earum quieti auxiliante Domino prouidere. Ea propter, dilecti in Domino filii, uestris iustis postulationibus clementer annuimus & prefatam beate dei genetricis semperque uirginis MARIE ecclesiam in qua diuino mancipati estis obsequio sub beati Petri protectione suscipimus & presentis scripti priuilegio communimus, statuentes ut quascumque possessiones, quecumque bona in presentiarum iuste et canonice possidetis aut in futurum concessionem pontificum, liberalitate regum, largitione principum, oblatione fidelium, siue aliis iustis modis prestante domino poteritis adipisci, firma uobis uestrisque successoribus illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda uocabulis. Ex dono Alexandri Lincolniensis episcopi quicquid infra ambitum parci continetur in terra arabili, prato, nemore & pastura; preterea totam terram que fuit rusticorum circa parcum; unam culturam que fuit de dominio eiusdem episcopi que uocatur Somerlesa; pratum quoddam quod uocatur Hulmed; partem pasture uersus occidentem a porta ueteri usque ad pontem petrinum. Ex dono Roberti Chevauchesul unam hidam terre in Tetteswurd, sicut eius carta testatur. Ex dono Ricardi de Vernun unam hidam in territorio de Sydenham. Ex dono Gaufridi unam hidam in territorio de Mortun cum prato et pastura eidem hide pertinentibus. Ex dono Roberti le Gait & concessione filiorum suorum totam terram suam quam habuit in Ottendun in bosco & plano, pratis & pascuis. Totam terram que fuit Willelmi filii Othonis in territorio de Sipdune sicut eius carta testatur, ex feodo Roberti de Tuttesbyre. Ex dono Roberti de Ollio culturam quandam ex dominio suo quod est prope nemus Otteleie. Sane laborum vestrorum quos propriis manibus aut sumptibus

fol. 56v. colitis, siue de nutrimentis animalium uestrorum, nullus
 (cont.) omnino a uobis decimas exigere presumat. Addentes
 fol. 57r. etiam | auctoritate apostolica prohibemus nequis fratres
 uestros clericos uidelicet siue laicos post factam in monas-
 terio uestro prefessionem absque licentia uestra uel
 suspicere audeat uel retinere. Sanccimus [sic] etiam
 nequis archiepiscopus uel episcopus seu cuiuslibet ordinis
 locum uestrum a diuinis interdicat officiis, sed liceat
 uobis omni tempore clausis ianuis excommunicatis
 diuina officia celebrare, nisi abbatis uel fratum ipsius
 loci euidens & manifesta culpa extiterit. Paci quoque &
 tranquillitati uestre paterna sollicitudine prouidentes,
 auctoritate apostolica prohibemus ut nullus infra clau-
 suram locorum siue grangiarum uestrarum violentiam
 uel rapinam uel furtum facere uel hominem capere
 audeat, & si quis hoc temerario ausu presumpserit, tan-
 quam sacrilegus iudicetur & excommunicationis ultione
 plectatur. Decernimus ergo ut nulli hominum omnino
 liceat prefatum monasterium temere perturbare aut eius
 possessiones auferre uel ablatas retinere, minuere seu
 quibuslibet uexationibus fatigare sed omnia integra
 conseruentur eorum pro quorum gubernatione & susten-
 tacione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salua
 sedis apostolice auctoritate & diocesanorum episcoporum
 canonica reuerentia. Si quis igitur in futurum ecclesias-
 tica secularisue persona hanc nostre constitutionis
 paginam sciens, contra eam temere uenire presumpserit,
 secundo tercioue commonita, si non reatum suum congrua
 satisfaccione correxerit, potestatis honorisque sui digni-
 tate careat reamque se diuino iudicio existere de perpetrata
 iniuitate cognoscat & a sacratissimo corpore ac sanguine
 dei & domini Redemptoris nostri Ihesu Cristi aliena fiat,
 atque in extremo examine diuine ultioni subiaceat.
 Cunctis autem eidem loco iura sua seruantibus sit pax
 domini nostri Ihesu Cristi, quatinus & hic fructum bone
 actionis percipient & apud districtum iudicem premia
 eterne pacis inueniant. Amen.

Ego Eugenius sancte ecclesie episcopus	<i>sub scribo</i>
Ego Conradus Sabinensis episcopus	,,
Ego Albericus Hostiensis episcopus	,,
Ego Ymarus Tusculanus [sic] episcopus	,,
Ego Gregorius presbiter cardinalis tituli Calixti	,,

Ego Guido presbiter cardinalis sancti	fol. 57r.
Grisogoni	<i>sub scribo</i> (cont.)
Ego Hubaldus presbiter cardinalis tituli sancte	
Praxedis	"
Ego Guido presbiter tituli sanctorum Laurentii	"
& Damasi	"
Ego Iordanus presbiter cardinalis tituli sancte	"
Susanne	"
Ego Oddo diaconus cardinalis sancti Gregorii	"
ad velum aureum	"
Ego Guido diaconus cardinalis sanctorum	"
Cosme & Damiani	"
Ego Gregorius diaconus cardinalis tituli sancti	"
Angeli	"
Ego Berardus cardinalis diaconus sancte	"
Romane ecclesie	"
Dat' trans Tiberim per manum Roberti sancte Romane	
ecclesie presbiteri cardinalis & cancellarii, nonas Februarii,	
indicione viii, incarnationis dominice anno MCXLVI,	
pontificatus vero domni Eugenii pape tercius anno primo. ¹	

200.

[A bull of Alexander III.]

May 15,
1179.

Alexander episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis Serloni abbati sancte Marie de Tama eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem uitam professis in perpetuum. Religiosam uitam eligentibus apostolicum conuenit adesse presidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursum aut eos a proposito reuocet aut robur quod absit sacre religionis infringat. Eapropter dilecti in domino filii uestris iustis postulationibus clementer annuimus & prefatum monasterium in quo diuino mancipati estis obsequio sub beati Petri & nostra protectione suscipimus & presentis scripti priuilegio communimus, in primis siquidem statuentes ut ordo monasticus qui secundum deum & beati Benedicti regulam atque institutionem Cisterciensium fratrum in eodem loco institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter

¹ The *rota* is reproduced: in the middle "Scs Petrus scs Paulus, Eugenius papa tercius" and round the edge, "Fac mecum signum in bonum."

fol. 57r. obseruetur. Preterea quascunque possessiones que-
 (cont.) cunque bona idem monasterium in presentiarum iuste
 & canonice possidet aut in futurum concessione ponti-
 ficum, largitione regum uel principum, oblatione fidelium
 seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci,
 firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant.
 In quibus hec propriis duximus exprimenda uocabulis ;
 ex dono bone memorie Alexandri Lincolnensis episcopi
 locum ipsum in quo prescriptum monasterium situm est
 qui dicitur Tama cum pertinentiis suis, sicut eiusdem
 episcopi carta continetur ; ex dono Roberti episcopi
 Lincolnensis molendinum & stagnum & pratum quod
 dicitur Trendel usque ad eum locum quo duo riuuli per
 Sidenham decurrentes¹ conueniunt ; ex dono regis
 Henrici grangiam de Wifaldia & Kyrelong & Rumershegg'
 cum pertinentiis suis ; ex dono Willelmi filii Othonis
 grangiam de Scypdune cum pertinentiis suis ; ex dono
 Roberti le Gait grangiam de Otteleia cum pert. suis ;
 ex dono Roberti de Oilli terram de Weston, sicut eius
 carta testatur ; ex dono Petri Talemasch grangiam de
 Stoke cum pert. suis ; ex dono Osberti de Santerdune
 grangiam de Santerleia ; ex dono Roberti filii Amalrici
 & ex dono Roberti filii eius grangiam de Cestretona cum
 pert. suis ; ex dono Ricardi de Vernun terram de Siden-
 ham ; ex dono Roberti Cheuauchesul terram de Tettes-
 wrda ; ex dono Willelmi de Sifrewast unam hidam terre
 in Nortune ; ex dono Gaufridi de Mortune hidam &
 dimidiad in Mortune ; ex dono Radolfi filii Rogeri &
 Adelicie uxoris eiusdem dimidiad hidam terre in Mortune
 cum pert. suis, sicut eorum carte testantur. Sane laborum
 uestrorum quos propriis manibus aut sumptibus colitis,
 siue de nutrimentis uestrorum animalium nullus omnino
fol. 58r. a uobis decimas | uel primitias presumat exigere. Liceat
 quoque uobis clericos uel laicos e seculo fugientes, liberos
 & absolutos ad conuersionem recipere & in uestro monas-
 terio absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus
 insuper ut nulli fratrum uestrorum post factam in loco
 uestro professionem fas sit de eodem loco absque licentia
 abbatis discedere. Discedentem uero sine communium
 litterarum uestrarum caucione, nullus audeat retinere.
 Paci quoque & tranquillitati uestre paterna sollicitudine

¹ decurrentis, MS.

prouidere uolentes, auctoritate apostolica prohibemus, *fol. 58r.*
 ut infra clausuras locorum seu grangiarum uestrarum
 nullus uiolentiam uel rapinam seu furtum committere
 aut ignem apponere seu hominem capere uel interficere
 audeat. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum fas
 sit prefatum monasterium tenere perturbare aut eius
 possessiones auferre aut ablatas retinere, minuere seu
 quibuslibet uexationibus fatigare sed omnia integra
 conseruentur, eorum pro quorum gubernatione ac susten-
 tacione concessa sunt, usibus omnimodis profutura,
 salua sedis apostolice auctoritate. Si qua igitur in futurum
 ecclesiastica secularisue persona hanc nostre constitutio-
 nis paginam sciens contra eam temere uenire presump-
 serit, secundo tercioue commonita nisi reatum suum
 digna satisfaccione correxerit, potestatis honorisque sui
 dignitate careat, reamque se diuino iudicio existere de
 perpetrata iniuitate cognoscat & a sacratissimo corpore
 ac sanguine dei & domini Redemptoris nostri Ihesu
 Cristi aliena fiat, atque in extremo examine diuine ulti-
 oni subiaceat ; cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus,
 sit pax domini nostri Ihesu Cristi quatinus & hic fructum
 bone actionis percipient & apud districtum iudicem
 premia eterne pacis inueniant Amen.

Ego Alexander catholice ecclesie episcopus	subscribo
Ego Hubaldus Hostiensis episcopus	"
Ego Theodinus Portuensis & sancte Ruffine episcopus	"
Ego Petrus Tusculanus episcopus	"
Ego Henricus Albanensis episcopus	"
Ego Bernereus Prenestinus episcopus	"
Ego Iohannes presbiter cardinalis sanctorum Iohannis & Pauli tituli Pannachii	"
Ego Iohannes presbiter cardinalis tituli sancte Anastasie	"
Ego Petrus presbiter cardinalis tituli sancte Susanne	"
Ego Vivianus presbiter cardinalis tituli sancti Steffani in Celio monte	"
Ego Hugo presbiter cardinalis tituli sancti Clementis	"
Ego Iacobus diaconus cardinalis sancte Marie in Cosmidyn	"

(cont.)

fol. 58r. Ego Ardicio diaconus cardinalis sancti Theddori *subscribo*
 (cont.) Ego Laborans diaconus cardinalis sancte Marie in porticu "
 Ego Rainerus diaconus cardinalis sancti Georgii ad uelum aureum "
 Ego Gratianus diaconus cardinalis sanctorum Cosme & Damiani "
 Ego Iohannes diaconus cardinalis sancti Angeli "
 Datum Laterani per manum Alberti sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis & cancellarii, idus Maii, indiccione xii, incarnationis dominice anno MCLXXIX, pontificatus uero domini Alexandri pape secundi [sic] anno xx^o.¹

201.

fol. 58v. Alexander secundus [sic].

Alexander episcopus, seruus seruorum dei, uenerabilibus fratribus Cantuariensi archiepiscopo, apostolice sedis legato, & suffraganeis eius salutem & apostolicam benedictionem. Audiuimus & audientes uehementi sumus admiratione commoti, quod cum fratres de Thama, sicut alii fratres Cisterciensis ordinis, a solutione decimarum de laboribus suis quos propriis manibus uel sumptibus excolunt de benignitate sedis apostolice liberi sint penitus & immunes, quidam clerici & laici, monachi quoque & canonici uestre iurisdictionis, ab eis nichilominus contra indulgentiam sedis apostolice decimas exigere & extorquere non uerentur, interpretatione prava & sinistra apostolici priuilegii capitulum peruerentes, asserentes de noualibus debere intelligi, ubi noscitur de laboribus esse inscriptum. Quoniam igitur manifestum est omnibus qui recte sapiunt interpretationem huiusmodi esse peruersam & sano intellectui contrariam, cum secundum capitulum illud a solutione decimarum tam de terris illis quas deduxerunt uel deducunt ad cultum, quam de terris cultis quas ipsi propriis manibus uel sumptibus excolunt penitus sunt immunes, ne ullus de cetero contra eos materiam maligandi, uel ipsis quomodolibet contra iusticiam molestandi

¹ The *rota* is reproduced : in the centre "Ses Petrus ses Paulus, Alexander papa III," on the edge, "Vias tuas domine demonstra michi."

habeat, fraternitati uestre per apostolica scripta preci- *fol. 58v.*
 piendo mandamus, quatinus uniuersis ecclesiasticis uiris *(cont.)*
 uestre iurisdictionis auctoritate apostolica districtius
 prohibere curetis, ne a memoratis abbate & fratribus de
 Tama, uel etiam a fratribus aliorum monasteriorum
 Cisterciensis ordinis qui in archiepiscopatu uel episcopatu
 uestris consistunt de noualibus uel etiam de aliis
 terris quas propriis manibus uel sumptibus excolunt
 decimas exigere uel quomodolibet extorquere presumant.
 Nam si de noualibus uoluissemus intelligi, ubi posuimus
 de laboribus, de noualibus poneremus, sicut in priuilegiis
 quorundam aliorum apponimus. Quia uero non est
 conueniens uel honestum ut contra priuilegia sedis
 apostolice quoquomodo ueniatur, que optinere debent
 inuiolabilem firmatatem, mandamus atque precipimus ut
 si qui monachi uel canonici, clerici uel laici, contra
 priuilegia sedis apostolice predictos fratres decimatarum
 exactione grauauerint, laicos excommunicationis sententia
 percellatis, monachos, canonicos uel clericos, contra
 dictione & appellatione cessante, ab officio suspendatis
 & tam excommunicationis quam suspensionis sententiam
 faciatis usque ad condignam satisfactionem inuiolabiliter
 obseruari. Ad hec presentium auctoritate precipiendo
 mandamus, quatinus si quis in fratres predicti monasterii
 manus uiolentas iniecerit, eum accensis candelis puplice
 excommunicatum denuntietis, & faciatis ab omnibus,
 sicut excommunicatum, cautius euitari, donec congrue
 satisfaciat predictis abbati & fratribus & cum litteris
 diocesani episcopi rei ueritatem continentibus apostolico
 se conspectui representet. Dat' Lat[erani], V. Kal.
 Aprilis.¹

202.

[A mandate of Lucius III in favour of Thame.]

fol. 59r.
1182-5.

Lucius episcopus seruus seruorum dei venerabilibus
 fratribus Cantuariensi archiepiscopo, apostolice sedis
 legato, & suffraganeis eius & dilectis filiis abbatibus,
 prioribus, archidiaconis, decanis, presbiteris & aliis
 ecclesiarum prelatis per Cantuariensem prouinciam consti-
 tutis salutem & apostolicam benedictionem. Audiuimus

¹ This might be 1166, 1178, 1179.

fol. 59r. & audientes mirati sumus quod cum fratres de Tama
 (cont.) sicut alii fratres Cisterciensis ordinis a solutione deci-
 marum de laboribus suis quos propriis manibus uel
 sumptibus excolunt de benignitate sedis apostolice liberi
 sint penitus & immunes, quidam clerici & laici, monachi
 quoque & canonici, uestre iurisdiccionis, ab eis nichilo-
 minus contra indulgentiam sedis apostolice decimas
 exigere uel extorquere non uerentur, interpretatione
 praua & sinistra apostolici priuilegii peruerentes capitul-
 lum, asserendo de noualibus debere intelligi, ubi noscitur
 de laboribus esse inscriptum. Quoniam igitur mani-
 festum est omnibus qui recte sapiunt huiusmodi inter-
 pretationem esse peruersam & sano intellectui contrariam
 cum secundum capitulum illud a solutione decimarum
 tam de terris illis quas deduxerunt uel ducunt ad
 cultum quam de terris cultis quas ipsi propriis manibus
 uel sumptibus excolunt penitus sint immunes, ne ullus¹
 de cetero habeat contra eos materiam malignandi uel
 ipsos quomodolibet contra iusticiam molestandi, fraterni-
 tati uestre per apostolica scripta precipiendo mandamus
 quatinus uniuersis ecclesiasticis uiris uestre iurisdiccionis
 autoritate apostolica districtius prohibere curetis, ne a
 memoratis abbate & fratribus de Tama uel eciam a
 fratribus aliorum monasteriorum Cisterciensis ordinis, qui
 in archiepiscopatu uel episcopatibus uestris consistunt, de
 noualibus uel eciam de aliis terris quas propriis manibus
 uel sumptibus excolunt decimas exigere uel quomodolibet
 extorquere presumant. Nam si de noualibus uoluissimus
 intelligi, ubi posuimus de laboribus, de noualibus ponere-
 mus, sicut in priuilegiis quorundam aliorum apponimus.
 Quia uero non est conueniens uel honestum ut contra
 priuilegia sedis apostolice quomodolibet ueniat, que
 optinere debent inuiolabilem firmitatem, mandamus atque
 precipimus ut si qui monachi uel canonici, clerici uel laici
 contra priuilegia sedis apostolice predictos fratres deci-
 marum exaccione grauauerint, laicos excommunicationis
 sentencia percellatis, monachos, canonicos uel clericos,
 contradiccione & appellatione cessante, ab officio suspen-
 datis & tam excommunicacionis quas suspensionis
 sentenciam faciatis usque ad condignam satisfaccionem
 inuiolabiliter obseruari. Si que autem littere, tacito

¹ illud, *MS.*

harum tenore, a nobis sint uel in posterum fuerint *fol. 59r.*
 impetrare, nolumus ut istis litteris siue priuilegiis a nobis
 (cont.)
 indultis aliquatenus debeat preiudicare. Ad hec presen-
 tium auctoritate precipiendo mandamus quatinus si quis
 in fratres predicti monasterii manus uiolentas iniecerit,
 eum accensis candelis publice excommunicatum denun-
 cietis & ab omnibus faciatis sicut excommunicatum
 caucius euitari, donec congrue satisfaciat predicto abbati
 & fratribus & cum litteris diocesani episcopi rei ueritatem
 continentibus apostolico se conspectui representet. Dat',
 Verol', XV Kal. Maii.

203.

Alexander secundus.

fol. 59v.

Alexander episcopus, seruus seruorum dei, dilectis filiis
 abbati et fratribus de Tama salutem & apostolicam
 benedictionem. Cum ordinem Cisterciensem professi eo
 priuilegio quo fratres alii gaudeatis, inter uos & clericos
 seculares super decimis questione suborta, tacito quod
 sitis Cisterciensis ordinis contra uos uelut in monachos
 alterius ordinis literas a sede apostolica impetrantes,
 domum uestram litigiis sicut significantibus uobis accepi-
 mus & expensis difficilibus inquietant. Uolentes igitur
 sollicite prouidere ne contra tenorem priuilegiorum
 nostrorum possitis qualibet temeritate uexari, auctoritate
 uobis apostolica indulgemus, ut si contra uos super
 decimis uel aliis que ordini uestro specialiter apostolica
 sedes indulsit, non facta mentione Cisterciensis ordinis,
 littere fueruit a sede apostolica impetrare, eis minime
 teneamini respondere. Dat. Later' X Kal. Maii.¹

204.

Item, qui prius.

Alexander episcopus seruus seruorum dei uenerabilibus
 fratribus Cantuariensi archiepiscopo, apostolice sedis
 legato, & suffraganeis eius salutem & apostolicam bene-
 dictiōnem. Quanto dilecti filii nostri de Tama, qui
 Cisterciensem ordinem sunt professi, attentius obsequiis

¹ This might be 1166, 1178, 1179.

fol. 59v. diuinis insistunt, tanto propensius haberi debent a prelatis
 (cont.) ecclesiarum commendati, & ab iniuriis malignantium
 censure ecclesiastice clipeo premuniri. Inde est quod
 uniuersitati uestre per apostolica scripta precipiendo
 mandamus, quatinus cum de malefactoribus suis uobis
 conquesti fuerint, eos ut ablata restituant, dampna data
 resarciant & insticiam plenam exhibeant, studiosius
 moneatis. Ceterum si monitis uestris parere contem-
 serint, eos omni gracia & timore postposito, dilatione
 quoque & appellatione cessante, excommunicationis
 uinculo innodetis, & usque ad dignam satisfactionem
 excommunicatos faciatis attentius euitari: ita quod
 predicti fratres pro defectu iusticie laborare ad nostram
 presentiam non cogantur, nec nos de negligentia ponti-
 ficalis officii in districto timeatis examine conueniri.
 Datum Lat' VIII Idus Aprilis.¹

205.

[A bull in favour of the Cistercian houses in England.]

Alexander episcopus, seruus seruorum dei, uenerabilibus
 fratribus archiepiscopis & episcopis per Angliam consti-
 tutis salutem & apostolicam benedictionem. Audiuiimus
 & audientes nequiuimus non mirari quod cum dilecti filii
 nostri fratres Cistercienses a prestacione decimarum de
 laboribus suis per priuilegia sedis apostolice sint exempti,
 ac per hoc clerici decimas ab eis exigere non attentent,
 quidam tam clerici quam laici in quorum dominio terram
 excolunt bladum de campo prohibent deportari, quoque
 decimas clericis eorum se spondeant soluturos. Quia
 igitur diuersa experimenta morborum uarias medicinas
 nos inuenire compellunt, uniuersitati uestre per apostolica
 scripta mandamus, atque precipimus, quatinus laicis
 omnibus publice sub excommunicationis interminatione
 uetetis, ne iamdictos fratres a ferendis frugibus
 ad grangias proprias predicta ulterius occasione
 compescant, uel fratres ad iamdictam promissionem
 compellant. Si qui uero prohibitionem uestram contem-
 serint, quisque parochianum suum id agentem, omni
 gracia & timore postposito, dilatione quoque & appella-

¹ This might be 1166, 1178, 1179.

tione remota, uinculo excommunicationis astringat, & fol. 59v.
usque ad dignam satisfactionem sicut excommunicatum (cont.)
faciat euitari. Datum, Tusulan[i], III Kal. Nouembbris.¹

206.

[A mandate in favour of Thame.]

fol. 60r.

Alexander episcopus, seruus seruorum dei, uenerabilibus
fratribus Londoniensi & Saresbyensi episcopis salutem
& apostolicam benedictionem. Regularis discipline robur
non parum languesceret, si religiosam uitam professio
liceret retro respicere & redire ad seculum sicut redit
canis ad uomitum, presertim cum regni celestis aptitudinem
mereatur amittere, qui manum ponens ad aratrum
retro respicit & uxorem Loth imitari presunit. Ideoque
fraternitati uestre per apostolica scripta mandamus
precipiendo, quatinus si qui de monachis uel conuersis
monasterii de Tama deposito suscepere post probationem
religionis habitu seculariter uixerint & ad uos diuerterint,
eos uobiscum nullatenus manere sinatis, sed pocius de
episcopatu uestro penitus eientes publice excommunicatos
denuncietis & ab omnibus faciatis caucius euitari,
donec suum excessum humiliter recognoscant & ad
claustrum redeant unde exierunt, Domino resumpto
religionis habitu militaturi. Dat' Anagnie, II non'
Nouembbris.²

207.

[A bull of Lucius III to the whole Cistercian order.]

fol. 60v.

April 1,
1185.

Lucius episcopus, seruus seruorum dei, dilectis filiis
abbatibus & uniuersis fratribus ordinis Cisterciensis
statuta professis salutem & apostolicam benedictionem.
Cum ordo uester per infusionem diuine gracie longe
lateque fidelibus Cristi sit odor uite³ in uitam, in his que
iuste requiritis tanto facilius nostrum impertimus assen-
sum, quanto plures exemplo uestro in ecclesia dei
proficiunt ad salutem. Eapropter, dilecti in domino filii,
uestris iustis postulacionibus clementer annuimus, &
sollicite prouidere uolentes ne ad id quod nostram
religionem dedebeat aliquorum possitis malignatione

¹ This might be 1170, 1171, 1172, 1178, 1180.² This might be 1173, 1175, 1176, 1179.³ uite, MS.

fol. 60v. compelli, auctoritate presentium uobis indulgemus, ut si
 (cont.) archiepiscopi, [uel]¹ episcopi in quorum parrochiis domus
 uestre fundate sunt, cum humilitate & deuotione debita
 requisiti abbates substitutos benedicere & cetera, que ad
 officium episcopi pertinent, exhibere forte renuerint,
 eisdem abbatibus, si tamen sacerdotes fuerint, liceat
 nouitios proprios benedicere & cetera ad officium suum
 spectancia exercere, & ab alio episcopo illa percipere que
 a suo indebite fuerint denegata: illud adicentes ut in
 recipiendis professionibus que a benedictis uel benedicendis
 abbatibus exhibitentur, ea sint episcopi forma & expressione
 contenti, que ab origine ordinis noscitur instituta &
 hactenus obseruata, scilicet ut abbates ipsi saluo ordine
 suo profiteri debeant, & contra statuta ordinis apostolice
 sedis priuilegio roborata nullam professionem facere
 compellantur. Quod si sedes diocesani episcopi forte
 uacauerit, hec omnia a uicinis episcopis libere suscipere &
fol. 61r. absque contradicione possitis, sic tamen | ut ex hoc in
 posterum propriis episcopis nullum preiudicium generetur.
 Quia uero interdum priorum episcoporum copiam non
 potestis habere, si aliquem episcopum per uos transire
 contigerit, ab illo benedictionem uasorum & uestium
 recipere ualeatis. Paci quoque & tranquillitati uestre
 prouidere uolentes, districtius prohibemus ne quis uos
 ad secularia iudicia prouocet. Sed si quis sibi putauerit
 aliquid in uos de iure competere, super ecclesiastico iudice
 experiendi habeat facultatem. Nullus etiam uos uel
 fratres uestros ad concilia, synodos aut aliquos forenses
 conuentus ire compellat, nec ad domos uestras accedat
 causa ordines celebraudi, crisma faciendi, causas tractandi
 aut aliquos conuentus publicos conuocandi. In causis
 autem propriis, siue ciuilem siue criminalem contineant
 questionem, liceat uobis fratrumer uestrorum quos ad hoc
 idoneos esse constiterit testimoniis uti, ne ex defectu
 testium ius uestrum ualeat deperire. Auctoritate quoque
 apostolica interdicimus ne quis uicinos uel mercennarios
 uestros, pro eo quod uos ad laborandum adiuuerint in
 illis diebus in quibus laboratis & alii feriantur uel aliqua
 occasione eorum que ab apostolica benignitate uobis
 indulta sunt, seu benefactores uestros pro eo quod aliqua
 beneficia uel obsequia ex caritate prestiterint, interdicere

¹ Not in MS.

aut uinculo anathematis audeat innodare. Quod si quis in *fol. 61r.*
 aliquem de familia uestra donec in famulatu uestro perman-
 serit, propter detentionem decimaru uel aliud aliquid a
 sede apostolica ordini uestro concessum, excommuni-
 cacionis uel interdicti sententiam promulgauerit, liceat
 uobis eos absoluere & in metu mortis ipsis ecclesiastica
 sacramenta cum sepultura conferre. Nulli ergo omnino
 hominum liceat hanc paginam nostre concessionis &
 prohibitionis infringere, uel ei ausu temerario contraire.
 Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem
 omnipotentis dei & beatorum Petri & Pauli
 apostolorum eius se nouerit incursum. Dat' Uernon'¹
 Kal. Aprilis.

208.

[Innocent III in favour of the Cistercian order.] *c. 1200.*

Innocentius episcopus, seruus seruorum dei uenerabilibus
 fratribus archiepiscopis episcopis & dilectis filiis abbatibus,
 prioribus, archidiaconis, decanis & uniuersis ecclesiarum
 prelatis ad quos littere iste peruerent salutem & aposto-
 licam benediccionem. Non absque dolore cordis & plurima
 turbacione didicimus quod ita in plerisque partibus
 ecclesiastica censura dissoluitur & canonice sentencie
 seueritas eneruatur ut uiri religiosi & hi maxime qui per
 sedis apostolice priuilegia maiori donati sunt libertate,
 passim a malefactoribus suis iniurias sustinent & rapinas,
 dum uix inuenitur qui congrua illis protectione subueniat,
 & pro fouenda pauperum innocencia murum defensionis
 opponat. Specialiter autem dilecti filii nostri Cisterciensis
 ordinis fratres tam de frequentibus iniuriis quam de
 coditiano defectu iusticie conquerentes, uniuersitatem
 uestram litteris petierunt apostolicis excitari, ut ita
 uidelicet eis in tribulationibus suis contra malefactores
 suos prompta debeat magnanimitate consurgere quod
 ab angustiis quas sustinent & pressuris uestro possint
 subsidio respirare. Ideoque uniuersitati uestre per
 apostolica scripta mandamus & in uirtute obedientie
 districte precipimus quatinus illos qui in aliquem de
 fratribus ipsis manus uiolentas iniecerint uel res seu domos
 eorum aut hominum eorum irreuerenter inuaserint, uel
 ea que predictis fratribus ex testamento decedentium

¹ He was at Verona, April 1, 1185, but in no other year.

fol. 61r. relinquuntur contra iusticiam retinuerint, uel decimas
 (cont.) laborum seu nutrimentorum suorum spretis priuilegiis
 apostolice sedis extorserint, aut res eorum a fugitiis
 ablatas illicite retinere presumpserint, si laici fuerint eos
 & principales fautores eorum puplice candelis accensis
 excommunicationis sentencia percellatis ; clericos autem
 canonicos siue monachos appellatione remota ab officio &
 beneficio suspendatis, neutram relaxaturi sentenciam,
 donec predictis fratribus plenarie satisfaciant. Et hi
 precipue qui pro uiolenta manuum inieccione uinculo
 fuerint anathematis innodati, cum diocesani episcopi
 litteris ad sedem apostolicam uenientes ab eodem uinculo
 mereantur absolui. Villas autem in quibus bona predictorum
 fratrum per uiolentiam detenta fuerint uel eciam
 hominum suorum, seu eciam fratres fugitiui monachi uel
 conuersi contra uoluntatem ipsorum extiterint, nisi
 habitatores ipsarum diligenter ammoniti eos a se
 curauerint amouere, quamdiu ibi sunt appellatione post-
 posita interdicti sentencie supponatis. De monachis
 uero & canonicis regularibus id seruetur, ut si eiusdem
 claustrum fratres manus in se uiolentias iniecerint, per
 abbatem proprium, si uero unius claustrum frater in
 fratrem alterius claustrum huius modi presumpserit uiolen-
 tiam exercere, perpassi iniuriam et inferentis abbates
 absolutionis beneficium consequantur, eciam si eorum
 aliqui priusquam habitum regularem sumpserit tale
 aliquid commiserint, propter quod ipso actu excom-
 municationis sentenciam incurrisse, nisi excessus
 ipsorum esset difficilis & enormis, utpote si esset ad
 mutilationem membra uel sanguinis effusionem pro-
 cessum aut uiolentam manus in episcopum uel abbatem
 iniectionem, cum excessus tales & [] jes sine
 scandalo nequeant preteriri.

209.

- fol. 61v.* [Innocent III renewing the privileges of the Cistercians.]
 June 20,
 1200. Innocentius episcopus seruus seruorum dei uenerabilibus
 fratribus archiepiscopis, episcopis & dilectis filiis abbati-
 bus, prioribus, archidiaconis, decanis & uniuersis ecclesia-
 rum prelatis ad quos littere presentes peruenerint salutem

& apostolicam benedictionem. Audiuimus & audientes *fol. 61v.*
 mirati sumus quod cum dilectis filiis nostris fratribus *(cont.)*
 ordinis Cisterciensis a pluribus predecessoribus nostris
 concessum sit & a nobis postea confirmatum ut de
 laboribus quos propriis manibus aut sumptibus excolunt
 nemini decimas soluere teneantur, quidam ab eis nichil
 minus contra apostolice sedis indulgentiam decimas
 exigere & extorquere presumunt, & prava ac sinistra
 interpretatione apostolicorum priuilegiorum capitulum
 peruerentes asserunt de noualibus debere intelligi, ubi
 de laboribus inscriptum est. Quoniam igitur manifestum
 est omnibus qui recte sapiunt interpretationem huiusmodi
 peruersam esse & intellectui sano contrariam, uniuersitati
 uestre per apostolica scripta precipiendo mandamus
 quatinus omnibus parochianis uestris auctoritate
 apostolica prohibere curetis ne ullenatus contra predictos
 fratres materiam accipient malignandi, nec de aliquibus
 terris quas propriis manibus aut sumptibus excolunt,
 non tantum de noualibus sed etiam de terris antiquitus
 cultis quomodocumque teneantur ab illis, siue de nutri-
 mentis animalium suorum quisquam ab eis uel ab aliis
 pro eo quod animalia ipsorum in pastura uel custodia sua
 habeant decimas exigere uel quomodolibet extorquere
 presumant. Nam si de noualibus tantum uellemus
 intelligi, ubi ponitur de laboribus, de noualibus poneretur,
 sicut in priuilegiis quorundam aliorum apponitur. Quia
 uero non est conuenieus ut contra sedis apostolice indul-
 gentias temere ueniatur que obtinere debent immobilem
 firmitatem, uobis per apostolica scripta precipiendo
 mandamus ut si qui monachi, clerici uel laici, contra
 priuilegia sua memoratos fratres super decimaru[m] uel
 aliarum libertatum¹ exaccione grauauerint, appellatione
 remota clericos ab officio suspendatis, laicos autem
 excommunicationis sentencia percellatis & tam suspen-
 sionis quam excommunicationis faciatis usque ad dignam
 satisfactionem sententias obseruari. Quod si a sede
 apostolica littere impetrare fuerint quarum occasione
 quis ab illis decimas exigere uel aliud contra priuilegia
 uel indulgentias eorum ex ipsis extorquere nitatur,²
 respondere illi minime teneantur. In quibus eciam si

¹ Should it be *liberacionum* ?

² nitantur, *MS.*

fol. 61v. inhibita fuerit appellatio, nichilominus appellandi habeant
(cont.) facultatem. Quod si aliquae compositions inter eos &
aliquos pacis intuitu & utriusque partis consensu facte
fuerint, illas perpetuis temporibus ratas & inconcussas
permanere faciat, si tamen de conscientia & approbatione
abbatis & fratribus constituerit processisse. Ad hec presen-
tium auctoritate precipiendo mandamus, quatinus si quis
eorundem parrochianorum nostrorum in sepelictos fratres
uiolentias manus iniecerit, cum candelis accensis excom-
municatum publice nuncietis & tanquam excommunicatum
faciat ab omnibus eisdem fratribus congrue satisfaciat & cum litteris diocesani episcopi rei
ueritatem continentibus apostolico se conspectui repre-
sentet. Dat' Lat' XII Kal. Iulii pontificatus nostri anno
tercio.¹

¹ This is in the first hand.

[MINOR PROPERTIES.]

210.

[The abbey grants to Edmund Bury the next presentation to the vicarage of Chalgrove.]

fol. 62r.
1511.

Omnibus [&c.] Iohannes permissione diuina abbas monasterii beate Marie uirginis de Tame & eiusdem loci conuentus, rectores ecclesie parochialis de Chalgraue salutem in domino sempiternam. Sciatis nos prefatos abbatem & conuentum unanimi assensu & consensu nostro concessisse dilecto consiliario nostro Edmundo Bury senescallo monasterii nostri predicti aduocationem vicarie predicte, ac presentacionem ad eandem cum & quando primo & proximo vacare contigerit per mortem, resignationem, priuationem ad beneplacitum suum presentare ad vicariam illam ea vice tantum, saluis nobis & successoribus nostris in posterum advocatione vicarie predicte & presentationibus ad eandem cum alias vacare contigerit, proxima vacacione eiusdem ecclesie tantummodo excepta. In cuius &c. Dat' anno regni regis Henrici octaui tercio &c.

211.

[Tithes due to the abbey as rector of Chalgrove.]

fol. 62v.
1349.

Memorandum de terris decimandis domino abbati de Thame rectori ecclesie de Chalgraue anno regni regis Edwardi terci XXII.

Heredes Bereford tenent **III** acras apud Brykeneshull iuxta Ruffordmere unde rector habebit terciam garbam.

Iudem heredes tenent **II** acras & dim. apud Bermeshull under rector habebit terciam garbam.

Thomas Barantyn tenet **III** acras & **I** rodam ibidem, unde rector habebit totam decimam garbarum.

Nicholaus Gamelyn tenet, ibidem **I** rodam, unde rector habebit totam decimam garbarum.

Heredes Bereford tenent **II** acras in Reyelond subtus Bradeweyle unde rector habebit totam decimam garbarum.

Iudem heredes tenent **III** acras de terris Wausherd desuper Bradeweyle unde rector habebit totam decimam garbarum.

fol. 62v. Thomas Barantyn tenet ii acras in Shorteleylond unde
 (cont.) rector habebit totam decimam garbarum.

Idem Thomas tenet i acram in le Reyelond que quoniam fuit Iuliane Blegge unde rector habebit totam decimam garbarum.

Idem Thomas tenet i forreram vocatam Whittyngeshedlond unde rector habebit totam decimam garbarum.

Heredes Bereford tenent Whyttingescroft, unde rector habebit totam garbam.

Ricardus Ayllard tenet i acram extendentem in Houndeswelle unde rector habebit totam garbam.

Heredes Bereford tenent iii acras de terris Wausherd extendentem tes se in Houndeswell, unde rector habebit totam decimam garbarum.

Thomas Barantyn tenet i forreram vocatam Paganeshedlond unde rector habebit totam decimam garbarum.

Heredes Bereford tenent ii acras quondam Bokard extendentes in Stratfordemelle unde rector habebit totam decimam garbarum.

Thomas Barantyn tenet i acram & dim. in eodem forlongo unde rector habebit totam decimam garbarum.

Heredes Bereford tenent i dim. acram ibidem unde rector habebit totam garbam.

Idem heredes tenent xiii buttes, unde rector habebit totam decimam.

Idem heredes tenent certam terram vocatam Pagam exteriorem in Whyttingesheyes unde rector habebit totam decimam.

Idem heredes tenent i forreram iuxta Bokardesmede unde rector habebit totam decimam.

Idem heredes tenent Bokardesbuttes iacentes iuxta le Hyles unde rector habebit totam decimam.

Thomas Barentyn tenet iii acras aretro le Chyrchemylle unde rector habebit totam decimam garbarum.

Iohannes Barward tenet ii acras extendentes in le Holowflow unde rector habebit totam decimam.

Thomas Bourge tenet ii buttes aretro tenementum suum unde rector habebit totam decimam.

Heredes Bereford tenent i butte iuxta Bourge unde rector habebit totam decimam.

Heredes Bereford & Barantynes tenent i forreram iuxta le Southmede unde rector habebit totam decimam.

212.

[Tithes in Coleham, Middlesex, due to Thame
as rector of Chalgrove.]

*fol. 63r.
and 69r.*

Memorandum de parcellis cuiusdam porcionis decime abbatis de Thame de terra dominicali domini de Lee Strange in Colham¹ in parochia de Helyngdon in comitatu Midd., pertinentis dicto abbatii ut de iure ecclesie de Chalgrave in comitatu Oxon.

In primis predictus abbas habebit II garbas in quodam campo vocato magno Whatworth & rector I garbam per totum campum, excepta decima de Mordewardshote.

Item predictus abbas habebit II garbas in parua Whatworth & rector unam garbam.

Item predictus abbas habebit II garbas in le Hangerfeld & Waterwey per totum Campum, except' II butt' & I goram extendent' into Hangerstrete & rector I garbam.

Item predictus abbas habebit in Alton de terris dominicalibus II garbas & rector unam garbam.

Item predictus abbas habebit totam decimam de tribus dimidiis acris in Altone predicta que Henricus Euerysdale tenet quondam pertinentibus tenemento Willelmi Attewater.

Item predictus abbas habebit totam decimam de Padcroft a Cartgate per stratam usque ad croftum Willelmi Attewater.

Item predictus abbas habebit totam decimam unius crofti vocati Prestescroft tam de garbis quam de minutis decimis.

Item predictus abbas habebit II garbas & rector unam garbam a Cartgate predicta versus partes superiores de predicto crofto.

Item predictus abbas habebit totam decimam III buttarum iacentium sub Willelmi Attewater.

213.

[Terrier of a virgate in Chalgrove which
belonged to Thame.]

*fol. 63r.
Dec. 28,
1468.*

Terrarium factum & renovatum in vigilia sancti Thome archiepiscopi Cantuariensis anno regni regis Ed. IIII

¹ We learn from a document of 1321 that Thame, as rector of Chalgrove, had some portion of tithe in Fleetmarston [*Cal. of Charters in the Bodleian*, p. 314].

fol. 63r. octavo de una virgata terre pertinente abbattie de
 (cont.) Thame, iacente in diversis campis in Berwike.

Una acra iacet super Postehayll inter terram Iohannis Frankeleyn ex parte australi & culturam vocatam Rowmers ex parte boriali.

Alie due acre simul iacent vocate Butts apud Roke end inter terram Iohannis Barantyne ex utraque parte.

Alia acra iacet in Whitelond inter terram Edmundi Reed ex parte boriali & terram Iohannis Butteler ex parte australi.

Dimidia acra iacet in Whitelond inter terram ducisse Suffolk' ex parte boriali & terram Iohannis Barantyne ex parte australi.

Alia acra in Brokeslade inter terram Willelmi Geffray ex parte occidentali & terram Thome Cokkes ex parte orientali.

Dimidia acra in Brokeslade inter terram ducisse Suffolk' ex parte orientali & terram Iohannis Barantyne ex parte occidentali.

Dimidia acra in Ryloondfurlong inter terram Thome Colch' ex parte australi & terram domine Suffolk' ex parte boriali.

Alia acra in orientali parte de Smaleway inter terram Ade de Esyngdon ex parte australi & terram Iohannis Pegge ex parte boriali.

Alia acra in Smaleway inter terram heredum de Cotismores ex parte australi & terram ducisse Suff' ex parte boriali.

Alia acra in Smaleway inter terram Edmundi Reed tam ex parte australi quam ex parte boriali.

fol. 63v. Dimidia acra iuxta Hangynglond inter terram ducisse Suffolk ex parte orientali & terram Iohannis Barantyn ex parte occidentali.

Alia acra in Malmelond inter terram Iohannis Boteler ex parte orientali & terram Iohannis Barantyn ex parte occidentali.

Alia acra sub Halveryde inter terram Iohannis Boteler ex parte boriali & terram Walteri Benet ex parte australi.

Alia acra capitalis super Halveryde inter terram ducisse Suffolk' ex parte occidentali & culturam abbuttantem ex parte orientali.

Alia acra in Halverye inter terram ducisse Suffolk' *fol. 63v.*
ex parte orientali & terram Iohannis Barantyne ex parte (cont.)
occidentali.

Due acre iacent simul in Westfelde inter terram
Iohannis Barantyn ex parte australi & culturam vocatam
Halefurlong ex parte boriali.

Dimidia acra in Shortwynterbroke inter terram Iohannis
Barantyn ex parte orientali & terram Iohannis Boteler
ex parte occidentali.

Alia acra in Kingsdiche inter terram ducisse Suffolk'
ex parte australi & terram Iohannis Boteler ex parte
boriali.

Alia acra in Middilforlong inter terram Iohannis
Barantyn ex parte boriali & terram Nicholai Euerard ex
parte australi.

Dimidia acra in Middilforlong inter terram Iohannis
Barantyn ex parte boriali & terram Alexandri Yong ex
parte australi.

Due acre iacent simul in Corney iuxta viam regiam ex
parte orientali & culturam ex parte occidentali.

Summa acrarum **xxi.**

214.

Ista est recordatio de deacono [*sic*] de Walyngford.

Illustri domino, domino abbatii de Thame, decanus
castri Walingford, capellanus suus, reuerenciam, obse-
quium & honorem. Quia in pluribus ad presens officium
nostrum contingentibus expediendis solliciti existimus,
deaconum idoneum nomine vestro in capella custodie
vestre deputata ministraturum, prout vobis asseruimus,
prouidere non possumus, reuerencie [vestre] notificantes
& implorantes quatinus dicte capelle de deacono habili &
idoneo officium paternitati vestre incumbens occupaturo
in dicta capella prouideatis contra festum sancti Michaelis
seu prouideri faciatis et etiam de tali pro quo respondere
velitis. Vestra sit tuicio qui nos fecit & redemit carnis
sue precio.¹

¹ It is impossible to date this. It seems that Thame held some
chapel in Wallingford.

215.

- fol. 63v.* [A charter of Edward IV confirming liberties of the
(cont.) church, printed *Fœdera XI.* 493.]

216.

- fol. 71v.* [Margaret widow of Edmund, earl of Cornwall, is to
1302. receive for life 30s. a year from Thame due
from Stoke Talmage.]

Oxon. Margareta que fuit uxor Edmundi comitis Cornubie per attornatum suum petit versus abbatem de Thame terciam partem sexaginta solidorum redditus cum pert. in Stoketalemarche ut dotem &c. Et abbas per attornatum suum venit. Et alias vocauit inde ad warrantum abbatem de Loco Regali iuxta Oxoniam, qui modo venit per suum attornatum & petit sibi ostendi per quod beat ei warrantizare &c. Et abbas de Thame profert duas cartas sub nomine predicti abbatis de Loco Regali, quorum una testatur quod idem abbas de Loco Regali & eiusdem loci conuentus dederunt ei annum redditum triginta solidorum &c., et obligauerunt se & successores suos ad warrantum &c. Et alia carta testatur quod idem abbas Loci Regalis & eiusdem loci conuentus remiserunt & quietum clamauerunt abbati & conuentui de Thame & successoribus suis annum redditum triginta solidorum, nulla clausula warantie in eadem carta contenta &c. Et dicit quod per facta predicta vocavit ipse ad warranciam &c. Et abbas de Loco Regali quoad terciam partem triginta solidatarum redditus contentarum in predicta carta continente waranciam &c. warantizat terciam partem illam &c., et dicit quod predictus redditus fuit in seysinam Edmundi comitis Cornubie, qui redditum illum dedit ecclesie beate Marie de Regali Loco & abbatii & conuentui eiusdem loci &c. et obligauit se & heredes suos ad warantiam &c., et profert cartam predicti comitis que hoc testatur &c.; et dicit quod sine domino rege consanguineo & herede predicti comitis non potest ei inde respondere &c. Ideo datus est eis dies hic a die sancti Hillarii in xv dies prece petentis &c., et interim loquendum est cum domino rege &c.

et predictus abbas de Loco Regali quoad terciam partem *fol. 71v.*
 aliarum triginta solidatarum redditus &c. petit iudicium (*cont.*)
 de predicto vocare ad waranciam &c., ex quo idem abbas
 de Thame nullum factum speciale ostendit per quod ligari
 debet ad warranciam in hac parte &c. Et idem abbas de
 Thame non potest hoc dedicere &c. Ideo consideratum
 est quod predicta Margareta recuperet dotem suam
 predictam de predictis triginta solidatis redditus &c.
 uersus predictum abbatem de Thame, et idem abbas de
 Thame in misericordia &c. Termino sancti Michaelis
 anno regni regis Edwardi filii Henrici regis tricesimo.
 Rotulo quinquagesimo.

217.

[Peter Talemache gives a field in Stoke Talmage.] *fol. 72r.*
c. 1210.

Uniuersis [&c.] Petrus Talemasche salutem. Nouerit
 uniuersitas uestra me dedisse [&c.] monachis de Tama in
 puram & perpetuam elemosinam totam illam culturam
 pasture que iacet inter duo fossata & cadit super le
 Broefurlunge ; tenendam in perpetuum de me & heredibus
 meis libere & quiete & integre. Ego uero [&c. warranty].
 Sciendum est quod licebit predictis monachis predictam
 terram si uoluerint excolere uel quocumque modo uoluerint
 ad utilitates suas conuertere. Notandum eciam est quod
 non est hec terra de dote uxoris mee. Testibus pluribus.¹

218.

[Peter Talemache grants a bed of rushes.] *c. 1210.*

Sciant presentes & futuri quod ego Petrus Talemasche
 pro salute anime mee & anime patris mei & omnium
 antecessorum meorum dedi [&c.] monachis de Tama in
 liberam & puram & perpetuam elemosinam totum
 iuncetum quod iacet inter pratum & guteram & dimidiam
 acram & unam virgatam² que sunt iuxta idem iuncetum ;
 tenenda libere & quiete ab omni genere seruicii &
 exacione. Et ego & heredes mei adquietabimus eos de

¹ This and the next five deeds are in the second hand.

² The next deed shows that *virgata* here means a quarter of an acre.

fol. 72r. hoc tenemento erga regem & warantizabimus eis hanc
 (cont.) terram contra omnes homines & feminas & eorum calumpnias. His testibus, Adam de Cennor tunc officiali de Oxon et aliis.

219.

c. 1210. [Thomas of St. Walery confirms the gifts of Peter Talemache senior and junior.]

Thomas de sancto Walerico omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum perueuerit salutem. Sciat me concessisse & hac mea carta confirmasse in puram elemosinam pro anima patris mei & matris mee & omnium parentum & antecessorum meorum monachis de Tama octo acres terre in uilla de Stoke cum prato & pastura & omnibus aliis pertinentiis, quas Petrus Talemasche senior eis dedit & filius eius Ricardus postmodum eis confirmauit. Preterea ratum habeo & hac eadem carta mea confirmo predictis monachis totam culturam que iacet inter duo fossatæ & cadit super le Brocfurlong in qua sunt xv acre & dimidia mensurate per perticam sedecim pedum & dimidii, et totum iuncetum quod iacet inter pratum & guteram in quo sunt quatuor acre & dimidia per predictam mensuram; et dimidiad acram & unam perticatam que sunt iuxta idem iuncetum, que Petrus Talemasche iunior filius predicti Ricardi eis dedit. Hec omnia cum omnibus pert. suis concessi & confirmaui predicte ecclesie, tenenda in perpetuum libere & quiete & integre, sicut carte donatorum testantur, saluo seruicio meo & heredum meorum & forinseco seruicio. His testibus, Adam abbatte de Betlesden, Radulfo Hareng & aliis.

220.

c. 1210. [Peter Talemasche gives 3½ acres.]

Sciant omnes presentes & futuri quod ego Petrus Talemasche dedi [&c.] in puram & perpetuam elemosinam deo & ecclesie beate Marie de Tama & monachis ibidem deo seruientibus tres acres & dimidiad in Dewacre de dominico meo de Stoke; habendas & tenendas in perpetuum libere & quiete cum omnibus libertatibus que ad

predictas tres acras pertinent. Ego uero [&c. warranty] fol. 72r.
de seruicio domini regis & omnibus seruiciis & consuetu- (cont.)
dinibus. His. testibus, Ricardo le Tus, Herberto
Quatremains.

221.

[Peter Talemache gives meadow and land.]

fol. 72v.

c. 1210.

Sciant presentes & futuri quod ego Petrus Talemasche dedi [&c.] deo & sancte Marie & monachis de Tama in perpetuam & liberam elemosinam de dominico prato meo iuxta Medhurst decem perticatas in latum proprinquieres Medhurst quarum longitudine est a via usque ad terram de Cleiora ; et preterea dedi eis dimidiam acram terre in Chirchefurlong que tendit uersus croftam Radulfi filii Roberti, habendas & tenendas in perpetuum bene & in pace, libere & quiete ab omni seculari seruicio. Et ego et heredes mei uolumus & debemus predictis monachis totam predictam terram contra omnes homines & feminas manuteneare & warantizare. Pro hac autem confirmatione & warantizacione dedit michi abbas de Tama unum equum trium marcarum. His testibus, Radulfo de Kolebi, Ricardo Pirun, Herberto Quatremains, Fulcone de Ruicote & aliis.

222.

[Peter Talemache gives two acres.]

c. 1210.

Sciant presentes & futuri quod ego P. Talemasche pro salute anime mee & omnium antecessorum & heredum meorum dedi [&c.] deo & beate Marie & monachis de Tama in liberam & puram & perpetuam elemosinam duas acras terre de dominico meo in Stoke, scilicet unam acram in cultura que uocatur Pesefurlong proximam terre eorundem monachorum uersus occidentem et unam aliam acram in cultura que uocatur la Gildenacre, que iacet proxima iuxta terram quam Ricardus le Hore tenet ; tenendas predictis monachis in perpetuum cum omnibus pertinentiis & libertatibus suis in omnibus rebus & in omnibus locis libere & quiete ab omnibus seruiciis & demandis que de terra exigi possunt. Et ego [&c. warranty]. His testibus.

223.

Mar. 21, [Henry de Witefeld grants land in Wheatfield and
1212. receives his mill in return.]

fol. 72v.

(cont.) Sciant¹ presentes & futuri quod ego Henricus de Witefeld pro salute mea & uxoris mee & omnium antecessorum & heredum meorum dedi & concessi & presenti carta mea confirmaui deo & beate Marie & monachis de Thama in liberam, puram & perpetuam elemosinam, totam illam culturam que uocatur Crundelfurlong, quam prius tenui in dominico cum prato quod est ad capud eiusdem terre usque in riuulum. Et preterea iuxta illud pratum uersus orientem tantum de dominico prato meo quantum est ad capud quatuor acrarum & dimidie de terra uillenagii mei similiter usque in riuulum ; tenenda predictis monachis in perpetuum cum pertinentiis libera & quieta ab omnimodo seruitio. Ego enim & heredes mei deffendemus & acquietabimus predictam terram cum pertinentiis, sicut nostrum dominicum, de omni forinseco seruitio & de omnibus aliis seruitiis & demandis & warantizabimus eam predictis monachis contra omnes homines & feminas. Hanc autem terram dedi predictis monachis in puram elemosinam ad ipsorum petitionem & aisiam, quia reddiderunt michi molendinum de Witefeld quod prius eis dederam in puram elemosinam. Facta est autem hec carta anno dominice incarnationis M^oCC^oXII, regni uero regis Iohannis XIII, ad festum sancti Benedicti. Hiis testibus, magistro Adam de Cennor, Petro Talemasche, Ricardo Pyrun, Alexandro de Cumbis, Roberto filio Ascelini, Willelmo clero officialis, Willelmo Braci, Gwidone de Watele, Ricardo Pede, Iohanne de Henle, Gaufrido Gunye, Ricardo et Roberto fratribus Petri Talemasche & aliis.

224.

fol. 73r. [Henry de Witefeld exchanges land.]
c. 1213.

Sciant presentes & futuri quod ego Henricus de Witefeld dedi [&c.] deo & beate Marie & monachis de Tama quatuor acras terre & dimidiā in willenagio meo de Witefeld

¹ In the third hand.

proximas culture que uocatur Crundelfurlong uersus *fol. 73r.*
orientem in escambium pro quatuor acris & dimidia
uersus Witefeld in Longelonde quas predicti monachi
michi dederunt & confirmauerunt. Hanc autem predictam
terram ego & heredes mei deffendemus & adquietabimus
de omnibus seruitiis forinsecis & aliis & warantizabimus
eam predictis monachis contra omnes homines & omnes
feminas. Et si eam warantizare non poterimus, ipsi
terram suam quam michi dederunt in escambium accipient.
Factum est autem hoc escambium anno &c., ut in proxima
superiore carta. Testibus qui supra.

1232–
1243.

[The abbey grants a house in London to Richard
Hachepetit and his heirs and assigns.]

Sciant presentes & futuri quod ego Robertus dictus
abbas de Thama & eiusdem loci conuentus dedimus [&c.]
Ricardo Hachepetit mesuagium illud quod habuimus in
London' in Distuelane cum pertinenciis tenendum &
habendum dicto Ricardo & heredibus suis uel cui assignare
uoluerit preter quam uiris religiosis aliis quam nobis
reddendo inde annuatim domui nostre de Thama xi solidos
ad duos terminos anni, scilicet ad festum sancti Michaelis
v sol. & vi den. & ad Pascha v sol. & vi den. pro omni
alio seruitio, consuetudine & demanda ad nos pertinente,
saluis capitalibus dominis hospitalis sancti Egidii ix
solidis illis soluendis annuatim ad terminos consuetos &
in ciuitate London' constitutos. Pro hac autem donacione
& concessione dedit nobis dictus R. unam marcam argenti
pre manibus. Si uero dictus R. uel assignati sui terminos
statutos redditus nobis debiti supersederint, habebimus
potestatem ipsos distingendi secundum consuetudinem
London'. Et ut [&c. sealing]. Hiis testibus, Viel
alderman, Iohanne de Willehale, Nicholao de Stanes,
Filippo de Wincestre, Waltero Bruning, Iohanne Sheil,
Philippo clero de Cranford, Petro de la Forde & aliis.¹

¹ In the *Valor* of 1535 Thame has a rent of 20s. from a house in
St. Sepulchre's outside Newgate, but we do not know how the abbey
obtained this property.

226.

fol. 74r. [A terrier of lands of John Wynbush in Tetsworth.]

After

1378.

Terrarium de terris, tenementis, pratis, pascuis, redditibus qui fuerunt Iohannis Wynbush in Tettysworthe.

In primis unum mesuagium, unum toftum, unum croftum vocatum Crokescroft XXXVI acras & dimidiam terre, VIII denarios redditus, duas clausas¹ gariafili, duas rosas que quondam fuerunt Rogeri Longes de Tettysworthe predicta anno XXII regis E. tertii.

Item tres acras terre que fuerunt Rogeri Longes.

Item unum toftum, VII acras & dim. terre, que quondam fuerunt Walteri Dunnesden anno XXX Ed. III.

Item unum mesuagium & dim. virgatam terre que fuerunt Nicholai Dunnesden anno XXXII Ed. III.

Item unum mesuagium, dim. virgatam terre & unam placeam que quondam fuerunt predicti Nicholai anno XXXII Ed. III.

Item dim. acram terre que quondam fuit Iohannis Taylor anno IX Ed. tertii.

Item quinque solidos sex denarios de redditu que quondam fuerunt Ricardi Danuers anno XXVI E. filii regis Edwardi.²

Item unum mesuagium, III acras & dim. terre que quondam fuerunt Willelmi Andrew anno XII E. filii regis E.

Item unum mesuagium & unum cotagium V acras terre, dim. & I rodam que quondam fuerunt Willelmi Andrew de Tettesworth anno XXVIII E. tertii.

Item duo mesuagia VI ac. terre que quondam fuerunt Willelmi Andrew predicti anno XXI Ed. III.

Item unum mesuagium, I toftum & I croftum XXXVI acras terre, que quondam fuerunt Nicholai filii W. Andrew anno XXV Edwardi III.

Item unam placeam quondam Edmundi Tettisworthe anno primo regis Ricardi secundi.

Item unum toftum & VII ac. terre & dim. que quondam fuerunt Edmundi filii W. Andrew de Tettesworth anno XXX Edwardi tertii.

¹ ? *clavas* probably is meant.

² This must mean Edward III.

Item x acras terre que quondam fuerunt Durrewynes *fol. 74r.*
sine data. (cont.)

Item ii acras & dim. terre que quondam fuerunt
Henrici Durrewynes anno xx E. filii E.

Item unam dim. acram terre que quondam fuit Trudde *fol. 74v.*
anno x E. filii E.

Item iii dim. acras terre que quondam fuerunt Henrici
Durrewyn anno x E. filii E.

Item v acras terre & dim. que quondam fuerunt
Stephani Hamevile anno xii E. tercia.

Item i acram terre & dim. que quondam fuerunt
Henrici Durrewyn anno xi E. filii E.

Item dim. acram que quondam fuit Nicholai Wynge
anno xvi E. filii E.

Item i mesuagium cum pert. que [sic] quondam fuit
Willelmi Rudde anno xii E. filii E.

227.

